soni se habent adinuicez in dupla proportione tunc est inter eos consonantia diapaso vnde dualitas est forma eius. Nam proportio dupla ex dualitate rationem habet. Et quia numerus est genus dualitatis. ideo vt vniuersaliter loquamur etiaz numerus est forma diapason: vt scilicet dicamus q diapason est secundum pportionum numeri ad numerum. Et non solum tota diffinitio comparatur ad diffinitū vt forma. sed etiā ptes diffinitionis: que scilicet ponuntur in diffinitione in recto. Sicut enim animal gresibile bipes est forma hominis: ita animal z gressibile z bipes. ponitur autē interdum materia in diffinitione sed in obliquo: vt cū dicitur q anima est actus corporis organici phy sici potētia vitam habentis. Tertio modo dicitur causa vnde primū est principium permutatiōis z quietis. z hec est causa mouens vel afficiēs. Dicit autē motus: aut etiam, quietis. quia motus naturalis z quies naturalis in eandem causaz reducūtur. z similiter quies violenta z motus violentus. Ex eadem enim causa ex qua mouetur aliquid ad locum quiescit in loco: sicut cōsiliator est causa. Nam ex cōsiliatore incipit motus in eo q secundum consilium agit ad rei cōseruationem. Et sic pater est causa filii. In quibus duobus exemplis duo principia motus tetigit: ex quibus omnia fiunt: scilicet propositum in cōsiliatore: z natura in patre. Et vniuersaliter omne faciens est causa facti per hunc moduz: z permutās permutati. Sciēduz est autē q scōm Auicenam quattuor sunt modi cause efficientis scilicet pficiens disponens: adiuuans z cōsilians. Perficiens aūt dicitur causa efficiens que vltimā rei perfectiōem causat: sicut qō inducit formā substantialē in rebus naturalibus: vel artificialem in artificialibus: vt edificator domus. Disponēs autem qō nō inducit vltimā formā perfectiuā: sed tantūmodo preparat materiam: ad formaz: sicut ille qui dolat ligna z lapides dicitur domū facere. Et hec nō ppie dicitur efficiens domus: qz id quod ipse facit nō est domus nisi in potentia. Magis tamē proprie erit efficiēs. si inducat vltimā dispositionem ad quam seqtur de necessitate forma: sicut homo generat hominē nō causans intellectū qui ē ab extrinseco. Adiuuans autē dicitur causa secundum qō operat ad principalē effectum. In hoc tamē differt ab agente principali: quia principale agens agit ad finem ppriū. adiuuans autē ad finē alienū sicut q adiuuat regem in bello operat ad finē regis. Et hec est dispositio cause secundarie ad primā. Nā cā secūda operatur propter finē prime cause in omnibus agētibus p se ordinatis: sicut militaris propter finē ciuilis. Consiliās aūt differt ab efficiente principali: inquantū dat finem z formā agendi. Et hec est habitudo primi a gentis per intellectū ad omne agens secūdum. siue sit naturale siue intellectuale. Nā primū agēs intellectuale in omnib⁹ dat finē z formā agēdi secūdo agēti: sicut architector naui operāti. z prim⁹ intellect⁹ toti nature. Ad hoc aūt genus cause reducit qcquid facit aliquid quocūqz modo esse: non solū secūdum esse substātiale. sed secūdum accidentale. quod contingit in omni motu. Et ideo nō solū dicit q faciens sit causa facti: sed ēt mutans mutati. Quarto modo dicit causa finis. Hoc autē ē cuius causa aliquid fit. sicut sanitas est causa ambulandi. Et qz de fine videbat minus q eēt cā pp hoc q est vltimū in esse. vnde ēt ab aliis priozibus philosopbis hec est cā pretermissa: vt in primo libro prebabitum est ideo specialiter probat de fine q sit causa. Nam hec questio quare vel propter quid querit de causa. Cum aūt querit quare: vel propter quid quis ambulat conueni enter respondentes dicimus vt sanetur. Et sic respondentes opinantur reddere causam. Unde patet q finis est causa. Nō solum aūt vltimū pp quod efficiens operatur dicitur finis respectu precedentiū: sed etiam oia intermedia que sunt inter primū agens z vltimū finē dicuntur finis respectu precedētiū. z eodem modo dicuntur causa vnde principium motus respectu sequentiū. sic inter medicinam: que est primū agens in boc ordine: z sanitatē que est vltimus finis sunt ista media: scilicet attenuatio q̄ est ppinquissima sanitati in bis: q superabundant in humoribus: z purgatio per quā acq ritur attenuatio (z pbarmacia) idest medicina laxatiua: ex q purgatio causat. z organa: idest instrumēta quibus medicina vel pbarmacia preparat z ministratur. Huiusmodi etiā omnia sunt propter finē z tamē vnuz eorum est finis alterius. Nā attenuatio est finis purgationis: z purgatio pbarmacie. Hec aūt intermedia posita differūt adinuicē in hoc q quedā eorū sunt organa sicut instrumēta quibus medecina preparat z ministratur: z ipsa medecina ministrata qua natura vtitur vt instrmento. quedam vero sunt opera: idest operatiōes: sine actiones vt purgatio z attenuatio. Concludit ergo q cause totiens dicuntur: idest quattuor modis. Et addit (fere) propter modos causarum quos infra ponet. vel etiam ideo: quia ille causarum species non eadem ratione oibus inueniunt. ¶ Deinde cū dicit:

¶ Accidit autē multotiens dictis causis multas eiusdem causas esse: non secundum accidens: vt statue effector statue z es non secunduz aliud aliquid: sed inquantum statua: verum non eodem modo: sed hoc quidem vt materia: illud vero vt vnde motus.

¶ Ponit quedam que consequuntur circa causas exp dictis. z sunt tria quorum primū est q qz cā multis modis dicitur. cōtingit multas causas esse vni rei nō scōm accidens sed scōm se. Qō. n. secundum accidens multe sint cause vni⁹ rei boc difficile nō videbat: quia rei que est cā p se alicuius effectus multa possunt accidere: que oia illius effectus possunt ēt cā per accidens dici. Sz q cause per se sint multe vnius: boc fit manifestuz ex boc q cause multipliciter dicuntur. Statue enim causa per se z non per accidens est factor statue z es: sed non eodem modo. Hoc enim est impossibile q eiusdem secundum idem genus sint multe cause per se eodem ordine: licet possint esse plures cause boc modo q vna sit proxima alia remota: vel ita q neutrum sit causa sufficiens sed vtrumqz cōiunctim: sicut patet in multis qui trabunt nauem. Sed in proposito diuersis modis ista duo sunt causa statue. Es quidem vt materia: artifex vero vt efficiens.

¶ Et adinuicem cause sunt: vt dolor causa est sanitatis z causa est dolendi: sed non eodem modo: verum hoc quidem vt finis: illud vero vt principiuz motus.

¶ Secundum ponit dicens q etiam contingit q aliqua duo adinuicem sibi sunt cause: quod impossibile est in eodē genere cause. Manifestum vero fit multipliciter dictis causis. Sicut dolor ex incisione vulneris est causa sanitatis vt efficiens siue principium motus. Sanitas aūt est causa illi⁹ doloris: vt finis. Secundū eniz idem genus cause aliquid esse causam z causatum est impossibile. Alia littera babet melius (laborare causa est euerie). i. bone dispositionis que causatur ex labore moderato qui ad digestionem confert z superfluos humores consumit. Sciendum est autem q cuz sint quattuor cause superius posite earum due sibi inuicez correspondent z alie due similiter. Nam efficiens z finis

UVA. BHSC. IyR_086_1

sibi correspondēt inuicē: qr efficiens est principiū motus: finis autē terminus ⁊ similr materia ⁊ forma. Mā forma dat eē, materia autē recipit. Est igit efficiēs causa finis: finis autē causa efficiētis. Efficiēs est causa finis quantū ad esse quidē: quia mouēdo perducit efficiens ad hoc q̄ sit finis. Finis autē est causa efficiētis nō quantū ad esse sed quātū ad rōnem causalitatis. Nam efficiēs est causa inquātū agit: nō autē agit nisi causa finis. Unde ex fine habet suā causalitatē efficiēs. Forma aūt ⁊ materia sibi inuicē sunt causa quantū ad esse forma quidē materie inquātū dat ei esse actu: materia vero forme inquantū subsētat ipsaz. Dico aūt vtrūq; horum sibi inuicē eē cām essendi vl simpliciter vel secūdū quid. Nam forma substantialis dat eē materie simpliciter: forma aūt accidētalis secundū q̄d: prout etiā forma est. Materia etiā quādoq; nō subsētat formā secūdum esse simpliciter: sed secundū q̄ forma huius habens esse in hoc sicut se habet corpus humanū ad animam rationalem.

¶ Amplius aūt idē quādoq; cōtrariorum ē causa: qō enīz presens huius est causa: hoc absens: causamur quādoq; de cōtrario: vt absentia gubernatoris de pditiōis cuius erat presentia causa salutis: vtraq; horū ⁊ presentia ⁊ priuatio cause sunt quasi mouētes.

¶ Tertiū pōit dicēs q̄ idē cōtrariorū cōtingit esse cām. Qō ēt difficile videbaē vel ipossibile si simpliciter ad vtrūq; referaē sed. Sz dissimiliter est cā vtriusq; Illō enīz qō per sui presentiā causa ē huiusmodi: quādo est absens (cāmur). i. accusamus ipsuz de cōtrario. i. dicimus ipsuz esse cām ꝓtrarii. Sicut patet q̄ gubernator per sui presentiā est cā salutis nauis dicimus eius absentiam esse cām perditiōis. Ne aūt putetur q̄ hoc sit referrēdū ad diuersa genera causarū sicut ⁊ ꝓra: duo: ideo subiungit q̄ vtrūq; istorū reducitur ad idē genus cause. s. ad causaz mouētem. Eodem. enīz modo oppositum est cā oppositi quo hec est cā huius.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Omnes vero cause dicte in quattuor modos cadūt manifestissimos: nam elementa syllabarū ⁊ materia factorū: vt ignis ⁊ terra ⁊ huius oia corporū: et ptes totius: ⁊ suppositiōes cōclusionis: vt ex quo cause sunt: horū aūt hec quidem quasi subiectū: vt ptes: illa vo vt qō qd erat esse: vt totū cōpositio ⁊ species. Sperma vero ⁊ medic⁹ ⁊ cōsiliator: ⁊ omnino efficiēs omnia sunt vnō principia permutatiōis aut status: alia vero vt finis ⁊ bonū: aliorum nāq; est cuius causa optimum ⁊ finis aliorum.

¶ Reducit omnes causas in quattor modos causarū predictos dicens q̄ oia que dicuntur cause incidunt in predictos quattuor modos. Dicūtur enī elemēta idest littere cause syllabarū: ⁊ materia artificialiū dicitur eē causa p artē factorū: ⁊ ignis ⁊ terra ⁊ huiusmodi omnia simplicia corpora eē dicunē cause corporū mixtorū. Et ptes dicunē esse causa totius. (Et suppositiones. i. ꝓpositiōes premisse ex quibus ꝓpositis syllogizatur dicuntur esse causa cōclusiōis. Et in oibus istis est vna ratio cause: secundū qō dicitur causa illud ex quo fit aliquid: qō est ratio cause materialis. Sciendū est aūt q̄ ꝓpositiōes dicuntur esse materia cōclusiōis nō quidez secundū qō sub tali forma existūt: vel secundū virtutez earū: sic enim magis se habēt in rōne cause efficientis: sed quantū ad terminos ex quibus cōponunē. Naz ex terminis premissarū cōponiē ꝓclusio scilicet ex maiori ⁊ ex minori extremitate. Inter ea aūt ex quib⁹ res integratur aliquid se habet per modū subiecti. Sicut ptes ⁊ alia que predicta sunt Alia vero se habēt vt qō quid erat esse scilicet totū ⁊ cōpositio ⁊ species que pertinēt ad rationē forme secūdū quā quiditas rei cōpleē. Sciendū est enīz q̄ quādoq; vna res simpliciter est alicui⁹ materia: sicut argentū phiale ⁊ tūc forma correspōdēs tali materie potest dici speties. Quādoq; autē plures adinuicē adunate sunt materia alicuius rei qō quidem cōtingit tripliciter. Quādoq; enim adunanē secundū ordinē tantū: sicut homines in exercitu: vel domus in ciuitate ⁊ sic pro forma respondet totū q̄ designaē nomie exercit⁹ vel ciuitatis. Quādoq; aūt nō solū adunātur ordine sed cō tactu ⁊ colligatiōe sicut apparet in partibus domus: ⁊ tūc respōdet pro forma cōpositio. Quādoq; autē super hoc additur alteratio cōponētiū quod cōtingit in mixtione: ⁊ tūc forma est ipsa mixtio que tñ est quedā cōpositiōis spēs. Ex quolibet autē triū horū sumitur qō qd est rei. s. ex cōpositiōe ⁊ spē ⁊ toto: sicut pz si diffinirēē exercitus: dom⁹. ⁊ phiala. Sic ergo habemus duos modos cāe. Sed secundū aliā rōnem dicitur causa sperma ⁊ medicus ⁊ cōsiliator ⁊ vniuersaliter omne faciens ex eo scilicet. q̄ sunt principia motus ⁊ quietis. Unde iam hoc est aliud genus cause ꝓpter aliam rōnem causandi. ꝓponit autē sperma in hoc genere cause: quia secundū eius sentētiā sperma vim habet actiuā: mēstruū autē mulieris cedit in materiā concepti. Quarta vero ratio causandi est secūduz q̄ aliqua dicuntur cause per modū finis ⁊ boni respectu aliorum. Illud enīz cuius causa fit aliquid est optimū inter alia (⁊ vult esse) idest habet aptitudinē vt sit aliorū finis.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Nihil autē refert dicere siue bonuz siue apparens bonum: cause igitur he sunt et tot species.

¶ Quia vero posset aliquis obicere q̄ nō semp bonū est finis cū quādoq; aliqui inordinate agētes maluz sibi cōstituāt: ideo respondet q̄ nihil ad ꝓpositum refert dicere q̄ simpliciter sit bonū vel apparēs bonū. Qui enīz agit. agit per se loquēdo ꝓpter bonum. Hoc enim intēdit. ꝓper accidēs autē ꝓpter malū inquantū accidit ei quod existimat bonū esse. Nullus enim agit ꝓpter aliquid intēdens malū. Sciendū autē est q̄ licz finis sit vltimus in esse in quibusdā: in causalitate tamē est prior semp. Unde dicitur causa causarū quia ē causa causalitatis in oibus causis Est enīz causa causalitatis efficiētis vt iā dictū est. Efficiens autē est causa causalitatis ⁊ materie ⁊ forme. Nam facit per suū motuz materiā esse susceptiuā forme ⁊ formā ineſſe materie. Et per cōsequēs etiā est causa causalitatis ⁊ materie ⁊ forme. Et iō potissime demōstratiōes sumuntur a fine in illis in quibus agitur aliquid ꝓpter finē sicut in naturalibus in moralibus ⁊ artificialibus. Concludit igit q̄ predicta sunt cause ⁊ q̄ cause secundū tot species distinguntur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Modi vero causarū numero quidē sunt multi: capitulati vero ⁊ hi pauciores: dicuntur enīz cause multipliciter ⁊ earuz cōspecialium pri⁹ et posterius altera alia: vt sanitatis medicus et artifex. diapason duplū et nūerus. et semper que singula sunt cōtinētia. Ampli⁹ autē vt accidens et horū gña. velut sta

UVA. BHSC. IyR_086_1

tue aliter pollicletus. ⁊ aliter statue factor qui accidit statue factori pollycle tū'e ẽ. ⁊ cōtinentia accīs: aut hō cā statue aut ex toto aīa: qa policlet⁹ hō ẽ: ⁊ homo aīal. Sūt ẽt ⁊ accītiuz alia aliis remotiora ⁊ ꝓpinquora: vt si albū ⁊ musicū cā dicūtur statue: ⁊ nō solū policletus aut hō. ¶Preter autē oēs et dictas ꝓprie que sunt scōm accīs: hec qdē vt potētia dicūtur: illa vero vt agētia: vt edificatiōis edificator aut edificās. Similiter āt dicētur: vt qb⁹ cause sūt causa dictis: vt hui⁹ statue aut statue: aut oino imaginis: aut eris: aut eris huius aut oino materie: et ī accidētibus similiter. Ampli⁹ āt cōplexa et ea et illa dicētur: vt nec ¶Policletus nec statue factorū: sed policletus statue factor: atta mē ea oia sūt pluralitate ser: sed dupliciter dicta. aut enī vt singulare aut genus et scōm se aut scōm accidens. aut vt gen⁹ accītis. aut vt ea cōplexa. aut simpliciter dicta. Ampli⁹ aūt vt agentia aut secūdū potentiā. differūt aūt in tantū ꝙ agētia quidē singularia simul sūt. et nō sūt cū his quoruz sūt cause: vt hic medens cū hoc cōualescēte. et hic edificator cū hoc edificio. ꝙ vero sunt secūdū potentiā nō semper. corrūpitur enī non simul edificatū et edificator.

¶Distinguit modos causaꝝ. Est āt distinctio cause ꝙ spēs ⁊ ꝙ mōs: ¶Nā distictio ꝙ spēs ẽ penes diuersas rōnes cāndi. Et iō ẽ q̄si diuisio ꝙ differētias eēntiales species cōstituētes. Diuisio āt ꝙ modos ẽ penes diuersas habitudines cause ad cātū. Et iō est in his que bēnt eā dē rōnē causandi sicut per se ⁊ ꝙ accidēs remotū ⁊ ꝓpinquū. Uñ est q̄si per differētias accidētales nō diuersificantes spēm. Dicit ergo ꝙ multi sūt modi causarū sed pauciores inueniunt q̄n capitulatim ideſt ī quo dā compēdio cōprehendunt. ¶Per se. n. ⁊ per accidēs sunt duo modi tamē reducunt ad vnū capitulū secundū ꝙ est eadē ꝓficeratio de vtroq̄. Et similiter est de aliis mōis oppositis Cause enī multis mōis dicunt nō solū quātū ad diuersas spēs cause. sed ẽt quātū ad cās speciales que reducunt ad vnā spēm cāe. Dicit. n. vna prior ⁊ altera posterior. ¶Prius āt ⁊ posteri⁹ in causis inuenit dupliciter. Uno mō in causis diuersis numero adinuicē ordinatis quaꝝ vna ẽ prima ⁊ remota ⁊ alia secūda ⁊ ꝓpinqua sicut ī causis efficiētib⁹ hō gñat hominē vt causa ꝓpinqua ⁊ posterior. Sol. aūt vt cā prior ⁊ remota. Et similiter pōt cōsiderari in aliis spēbus causaꝝ. Alio mō in vna ⁊ eadē cā numero scōm ordinē rōnis q est iter vniuersale ⁊ particulare. Nā vniuersale naturaliter ẽ prius particulare posteri⁹. ¶Pretermittit aūt ꝑmiū mōz ⁊ accip̄ secūdū In secūdo mō eniz immediate effect⁹ ab vtraq̄ cā exiſtit. ſ. priori ⁊ posteriori qō in prio nō cōuenit. Uñ dicit ꝙ sanitatis cā est medicus ⁊ artifex in gñe cāe efficiētis. Artifex quidem vt vniuersale ⁊ pri⁹ medicus vero vt particulare siue spāle ⁊ posteri⁹. Similiter ẽt in cāis formalib⁹ dupliciter est cā formalis vt dyapason duplū vel ꝓportio dupla vel qualitas est cā formalis vt spāle ⁊ posteri⁹. numerus aūt vel ꝓportio nūeri ad numeꝝ vel ad vnū vt vniuersale ⁊ pri⁹. Et ita semp ea q̄ ꝓtinēt singularia. ſ. vniuersalia dicunt cause priores. Alia diuisio ẽ causaꝝ scōm ꝙ aliqd dicit esse cā ꝑ se ⁊ per accidēs. Sicut. n. cā ꝑ se diuidit in vniuersale ⁊ particulare siue ī prius ⁊ posteri⁹ ita ẽt cā ꝙ accidens. Uñ nō solū ipse cause accidētales dicunt cause ꝙ accidēs sed ẽt ipsaꝝ genera vt statue factor statue cā est ꝑ se. ¶Policletus aūt ꝙ accidēs est cā ī ☞tū accidit ei factorē statue eē. Et sicut policlet⁹ est cā statue ꝙ accidēs ita oia vniuersalia ꝓtinentia accidēs. ſ. cām ꝙ accidēs dicūtur ꝙ accidēs cause sicut hō ⁊ aīal que sub se cōtinēt ¶Poli. q est hō ⁊ aīal. Et sicut causaꝝ ꝙ se quedā sunt ꝓpinq̄ quedā remote vt dictū est. ita ⁊ iter causas ꝙ accidēs. Nā policletus ẽ cā statue, magis ꝓpinqua quā albū ⁊ musicū. Magis. n. remotus modus ꝑdicatiōis ꝙ accidēs ẽ cū accidēs predicat de accidēte ☞ cū accidēs predicat de subiecto. Accidēs. n. nō predicat de accidente nisi ga ambo ꝑdicant de subiecto. Uñ magis remotū est vt attribuat vni accidēti qō est alterius sicut musico qō est hedificatoris ☞ qō attribuat subiecto qō est accidētis sicut ¶Polliclito qō ẽ hedificatoris. Sciēdū est qō aliqd pōt dici cā ꝙ accidēs alterius dupliciter. Uno mō ex pte cause: qz. ſ. illud qō accidit cause dicit cā. ꝙ accidēs sicut si albus dicatur cā domus. Alio mō ex pte effectus. vt. ſ. aliqd dicat causa ꝙ accidēs alicuius ꝙ eo accidit ei qō est effectus ꝙ se. Quod qdem pōt esse tripliciter. Uno mō ga habet ordinē necessarium ad effectū sicut remotio ipedimēti bēt ordinē necessariū ad effectū vnde remouēs ꝓhibens dicit mouens ꝙ accidens siue illud accidēs sit cōtrariū sicut cosa ꝓhibet frigiditatē. Unde scamonea dicit infrigidare ꝙ accidens nō qa causet frigiditatē. sed qa tollit ipedimentū frigiditatis qō est ei contrariū. ſ. cosaz siue etiā si nō sit contrariū sicut columpna ipedit motū lapidis. Unde remouēs colūpnaz dicitur per accidēs mouere lapidē superpositū. Alio mō quādo accidens habet ordinē ad effectū nō tamen necessariū. nec vt in pluribus sed vt in pauciorib⁹: sicut inuentio thesauri ad fossionē in terra. Et hoc mō fortūa ⁊ casus dicunt cause per accidēs. Tertio quādo nullū ordinē habent nisi forte secnndū existimationē sicut si aliquis dicat se esse causaz terremotus: qa eo intrante domū accidit terremotus. Tertia distinctio est secūdū ꝙ preoibus bis vel preter omnia b̄ que dicunt esse secundū se siue ꝙ se ⁊ secundū accidens quedā sunt cause in potentia: quedā vt agentia ideſt in actu sicut hedificatiōis causa est hedificator in potētia. Hoc enim sonat in habitū vel officiū vel hedificans actu. Et eisdem modis ꝙbus diuidunt cause pōt diuidi cāta in quibus vel quoꝝ cause sūt cause. ¶Poteſt. n. diuidi causatū per prius ⁊ posterius siue particulare ⁊ vniuersale sicut si dicamus ꝙ statue factor est causa huius statue qō ẽ posterius aut statue qō est vniuersalius ⁊ prius aut imaginis qō est aduc vniuersalius. Et similiter aliquid est causa formalis huius eris aut eris qō est vniuersalius aut materie quod ẽ adhuc vniuersalius. ⁊ similiter poteſt dici in accidētibus scilicet in effectibus ꝙ accidēs. ¶Nam statue factor q est causa statue etiā causa grauis vel albi vel rubei q̄ accidūt ex parte mātē. Et nō sunt ab hoc agēte cāta. Ulterius ponit quartā distinctionez cāe q̄ est in simpler ⁊ in cōpositū vt simpler cā dicat se eundnm quod accipit causa statue per se solum vt statue factor siue per accidens tantū. ſ. ¶Policletus composita autem secundum ꝙ vtrū ☞ simul accipitur vt dicatur causa statue ¶Pollicletus statue factor. Et autez alius modus quo cause possunt dici composite secundum ꝙ plures cause cōcurrunt ad vnius rei constitu-

UVA. BHSC. IyR_086_1

tionē: sicut plures homines ad trabēdū nauē vel plures lapides vt sint materia domꝰ. Sed hoc ꝓtermisit: qꝛ nullū illoꝝ est cā sed pars cāe. Mis autē modis positis colligit istoꝝ modoꝝ numeꝝ dicens ꝙ isti modo causarū sūt. vi. ⁊ variant᷑ dupliciter ⁊ ita efficiūtur. xii. Mii eni modi. vi. sunt vt singulare genus qō supius dixit ꝓius ⁊ posterius ⁊ secundū se ⁊ ꝓ accidēs ad qō ēt reducit᷑ genus accidētis. Mā genus accidentis est cā ꝓ accidēs ⁊ itez ꝓ cōplexum ⁊ simplex. Mii aūt. vi. modi vlteris diuidunt᷑ ꝓ potentiā ⁊ ꝓ actū ⁊ sunt. xii. Jō aūt oportet oēs istos mōs per potentiā ⁊ actū diuidi qꝛ potentia ⁊ actus diuersificāt habitudinē cause ad effectū. Mā cause in actu particulares sūt simul ⁊ tollun tur cū suis effectibꝰ sicut ḃ medicās cuz hoc cōvalescē te ⁊ hoc bedificans cū hoc bedificato. Mō eni pōt aliqd in actu bedificari nisi sit in actu bedificās. Sed cāe secundū potentiā non semꝑ remouent᷑ cū effectibus sicut domus ⁊ edificatoꝛ nō simul corrūpūtur. Jn qbusdā tamē conuenit ꝙ remota actiōe efficientis tollitur substātia effectꝰ sicut in bis quoꝝ esse ē in fieri vel quorū cā non solū est effectui cā fiendi sed essendi. Ūñ remota illuminatiōe solis ab aere tollit᷑ lumē. Dicit aūt causas singulares qa actus singulariū sūt vt in primo huius habitum est.

de cōis quare aliq requiruntur supra ꝓ ꝙ. 109.

¶ Lectio tertia.

de finitio elemēti

Elementuz vero dicit᷑ ex quo aliqd cōponitur primo in existente idiuisibili specie in aliam spēm: vt vocis elementa ex quibus cōponitur vox ⁊ in que diuiditur vltima: illa vero nō in alias voces ab eis specie diuersas ac ⁊ si diuidātur particule sūt cōformes: vt aque ꝑticule sūt a qua sed nō syllabe. Similiter aūt ⁊ corꝑoꝝ elementa dicūt dicentes in que diuidūtur corꝑora vltima: ⁊ illa nō i alia specie differētia corꝑora: ⁊ siue vnū siue plura talia ea elementa dicūtur. Similiter vero ⁊ que sunt diagrāmatum dicuntur elemēta ⁊ ex toto que sūt demōstrationū: nam prime demōstrationes in pluribus demonstrationibus existētes esse demōstrationuz elementa dicūtur. Sūt aūt tales syllogismi primi per vnum medium ex tribus terminis.

elemēto

b Jc distinguit boc nomē elemētū. Circa qō duo facit. ꝓio assignat diuersos mōs elemēti. Secūdo ostēdit qd i oibus sit cōmune ibi. (Oium aūt cause.) Circa primū duo facit. ꝓio ostendit quomō elemētū ꝓprie dicat᷑. secūdo quomō dicatur trāsumptiue ibi. (Transferētes elemētū ꝛc.) ponit ergo ꝓio quandā elemēti descriptionē ex qua colligi pōt ꝙ ꝗtuoꝛ sūt de ratiōe elementi: quoꝝ primū est vt sit cā sicut ex quo per qō patet ꝙ elementū ponit᷑ in genere cāe materialis. Scōm est ꝙ sit principiū ex quo aliqd fiat ꝓio. Cuprū eni est ex quo fit statua nō tamē est elementū qꝛ habet aliquā aliam materiā ex qua fit. tertiū est ꝙ sit in existens siue intrinsecū per qō differt elementū ab oi eo ex quo fit aliqd sicut extrāseūte siue fit priuatio aut cōtrariū siue materia ꝓtrarietatis ⁊ priuatiōi subiecta q̄ est materia trāsiens vt cū dicimus ꝙ hō musicus fit ex homine nō musico: vel musicū ex nō musico. Elemēta eni oportet manere in bis quoꝝ sūt elementa. Quartū est ꝙ habeat aliquā speciē que nō dividat in diuersas species ꝓ qō differt elemētū a materia ꝓia que nullaz spēm habet ⁊ ēt ab oibus materiis q̄ in diuersas spēs resolui possūt sicut sāguis ⁊ huiusmodi. Propter boc dicit ꝙ elemētū est ex quo aliqd cōponit᷑ quantū ad primū. primo quantū ad secunduz in existēte quantū ad tertiū idiuisibile specie in aliā speciem quantū ad quartū. Māc aūt diffinitionē manifestat in ꝗtuoꝛ in qbus vtimur nomine elemēti. Dicimꝰ eni ipsas litteras esse elemēta vocis: qa ex eis ois vox cōponitur ⁊ ꝓio. Quod ex boc patet qa oēs voces in litteras resoluunt᷑ sicut in vltima. Quod est eni vltimū in resolutione oportet esse primū in cōpositiōe. Littere aūt non resoluunt᷑ vlterius in alias voces specie diuersas. Sed si aliquo mō diuidāt᷑ ꝑticule in ꝙs sit diuisio erūt ꝓformes. i. vniꝰ speciei sicut oēs ꝑticule aque sūt aqua. Diuidit᷑ aūt littera secundū tēpoꝛa ꝓlationis ꝓ ut littera longa dicit᷑ habere duo tēpoꝛa breuis vero vnū. Nec tamē ꝑtes in ꝙs sic diuidunt᷑ littere sūt diuerse scōm speciē vocis. Nō est aūt ita de silla. Mā eiꝰ ꝑtes sūt diuerse secūdū spēm. Alius eni sonus est secūdū spēm quez facit vocalis ⁊ ꝓsonans ex qbus syllaba cōponit᷑. Secūdū exēplum ponit in corꝑoribus naturalibus in qbus etiā quedā dicimꝰ elementa quoꝝundā. Illa eni dicunt᷑ corꝑoꝝ eē elemēta in queultimo resoluunt᷑ oia corꝑoꝛa mixta. Et ꝓ consequēs ea sūt ex qbus ꝓio cōponunt᷑ huiusmodi corꝑoꝛa Ipsa aūt corꝑoꝛa que elemēta dicunt᷑ nō diuidunt᷑ in alia corꝑoꝛa specie differētia Sed in ꝑtes cōsimiles sicut quelibet ꝑs aque est aq̄. Et quicūq; posuerūt tale corꝑus esse vnū scilicet i qō oia resoluunt᷑ ⁊ ipsū nō resoluit᷑ i alia: dixerūt vnū esse elementū. Q uidā vero aquā: qdā autē aerē: quidā aūt ignē. Qui vero posuerūt plura talia corꝑoꝛa dixerūt etiā esse elemēta plura. Sciendū est ꝙ cū i diffinitiōe elemēti ponat᷑ ꝙ nō diuidit᷑ i diuersa secūduz spēm: nō est intelligendū de partibꝰ in ꝙs aliqd diuidit᷑ diuisione quātitatis. Sic eni lignū esse elementū: qa quelibet pars ligni est lignū: Sz de diuisione q̄ fit secundū alterationē: sicut corꝑoꝛa mixta resoluunt᷑ in simplicia. Tertiū exemplū ponit i demōstrationibꝰ in qbus ēt vtimur nomine elemēti: sicut dicit liber elementoꝝ Euclidis ⁊ dicit ꝙ mō, simili ⁊ ꝓpin quo dictis dicunt᷑ elemēta que sunt diagrāmatū. i. descriptionū geometrialiū elementa. Et nō solū hoc pōt dici in geometria: sed vbi in oibus demōstrationibꝰ ille cū demōstratiōes q̄ existūt in pluribus demōstrationibus dicunt᷑ esse alioꝝ elemēta. Mā ex bis cōponunt᷑ alie demōstrationes ⁊ i ea resoluunt᷑ Qō sic patet. Secunda. n. demōstratio accipit ꝓ principio cōclusiones prime demōstratiōis inter cuius terminos ꝛtelligitur mediū qō fuit prime demōstratiōis principiuz. Et sic secūda demōstratio erit ex ꝗtuoꝛ terminis: prima ex tribus tātū: Tertia vero ex qnqz Quarta ex ser. Et sic q̄libet demōstratio vnū terminū addit. In quo manifestū ē demōstratiōes primas i postremis ꝛcludi. vt si sit bec demōstratio pria. Oē b. est. a. omne. c. est. b. ergo oē. c. est. a. boc includet᷑ in bac. Oē. c. est. a. omne. d. est. c. ergo omne. d. est. a. Et vlterius ista in alia q̄ cōcludit oē. e. est. a. vt q̄si videat᷑ esse ad bāc vltimā cōclusiones vnus syll̄s ex pluribꝰ syllis compositꝰ plura media babēs. vt dicatur sic. Oē. b. est. a. ⁊ q̄ē. c. est. b. ⁊ oē. c. est. c. ⁊ oē. c. ē. d. ergo. oē. e. ē. a. Prima igit᷑ demōstratio q̄ habebat vnū mediū ⁊ solū tres terminos: ē simplex ⁊ nō resoluit᷑ in aliā demōstrationē: Sed oēs alie resoluūtur in ipsam. Et iō syll̄i primi q̄ fiunt ex terminis tribus ꝓ vnum mediū elementa dicuntur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et transferētes elemētuz vocāt hic quodcūq; vnū ens ⁊ paruuz ad multa

UVA. BHSC. IyR_086_1

est vtile: quapropter paruū ⁊ simpler ⁊ idiuisibile dicitur elemētū: vnde euenit marie vniuersalia elemēta esse: ga vnū quodqꝫ eorū vnum ens ⁊ simpler multis ineſt. aut oibus. aut plurimis: ⁊ vnū ⁊ punctū pricipia quibusdā viden tur eē. Quoniā ergo vocata gīa sunt vniuersalia: sūt idiuisibilia Una. n. est eorū ratio. elemēta gīa dicūt aliqui ⁊ magis q̄ꝫ differentiā: quoniā vniuersa le magis gen⁹: nā cui differētia ineſt ⁊ gen⁹ id seqtur. Sed cui gen⁹ nō eē dif ferentiā oium aūt cōmune est elemētū cuiuslibet quod primū est cuicunqꝫ.

Ostēdit quomodo elemētū dicat trāsumptiue dicēs: q ex hac p̄missa rōne ⁊ significatiōe elemēti transtulerūt qdā hoc nomē elemētū ad significandū aliqd qđ est vnū ⁊ paruū ⁊ ad multa vtile. Ex hoc eni q elemētum est idiuisibile in diuersas spēs: acceperūt q sit vnū. Ex eo vero q est primuz q sit simpler ex eo vero q ex elementis alia componuntur: acceperunt q sit vtile ad multa. Unde hāc rationē elemēti constituerūt vt elemētū dicerent oē illud qđ ē paruū in quātita te ⁊ simpler q̄si ex aliis nō cōpositū ⁊ idiuisibile i diuersa: Hac ratione āt elemēti p̄stituta p trāsumptionē cōtingebat eis vt duos mōs elemētoꝝ adinuenirēt: quorū primꝰ est vt ea q̄ sūt marime vtia dicerēt elementa. Uniuersale eni ē vnū scōm rationē ⁊ ē simpler: ga eiꝰ diffinitio nō cōponit ex diuersis ⁊ est i multis ⁊ sic est ad multa vtile siue sit i oibꝰ sicut vnū ⁊ ens: siue i pluribus sicut alia genera. Per eandē vero rōnez cōtingebat eis secūda q punctū ⁊ vnitatē dicerēt esse pricipia vel elemēta: ga vtrūqꝫ eorū ē vnū simpler ⁊ ad multa vtile. Sz in hoc a vera rōne elemēti defecerūt: ga vniuersalia nō sūt materia ex qbus cōponunt pticularia: sed predicant eoꝝ substantiā. Similiter ⁊ pūctus non est materia lineaꝝ. Nō eni linea ex punctis cōponitur.

Hac aūt transūptiua elemēti rōne constituta: patet solutio cuiusdā questiōis in tertio libro disputate. s. qđ sit magis elemētū vtrū genus vel spēs ⁊ vtrū gen⁹ magis ꝯ differētia. Patet eni conseq q genera magis sūt elemēta ga genera magis sūt vniuersalia ⁊ i diuisibilia. Nō eni ē rō earū ⁊ diffintio quā oz cōponi ex genere ⁊ differētia: sed diffinitiōes p̄prie dūr de speciebus. Et si aliqꝫ genus diffinit nō diffinit inquātū est genus sed inquātū est species. Et ideo spēs diuidit in diuersa. Et pp hoc nō bēt rationē eli. Genus aūt non diuidit in diuersa. Et ideo dixerūt genera eē elemēta magis ꝯ spēs. Alia trāslatio bēt (vna eni est eoꝝ rō) idest idiuisibilis: ga genera ⁊ si nō habeant diffinitionē: tamē id qđ significat per nomē generis est quedaz cōceptio intellectus simpler que ratio dici pōt. Et sicut genus est magis elementū ꝯ species: ga est simplicius: ita etiā magis ꝯ differētia. licet ipsa simpler sit: qr gen⁹ est vniuersalius. Qđ ex hoc p̄z: ga cuicunqꝫ ineſt differētia ineſt genus cū per se differētie nō trāsendāt gen⁹. nō tamē oportet q ad oē id sequat differētia cui ꝙuenit gen⁹. Ultimo aūt dicit q oibus p̄dictis modis elemēti hoc ē cōe eē primū i vno quo ꝯ sicut dictū est

Natura vero dicitur vno quidem modo nascentiū generatio. vt si quis ponigens dicat ȳ. vno modo ex quo generatur primū generatuz in existente. Amplius vnde motus primus in qualibet natura entium. ⁊ est in eo inquātuum id existit. Nasci vero dicuntur quecū que augmentū habent per diuersū in tangēdo et simul apte eē et adesse apte: vt embrya. Differt aūt cōnascentia a tactu. Dic enim nihil preter tactuz diuersuz est necesse esse insimul vero apte existētibus est aliud vnū idē i ambobus qđ facit p tactu simul apte esse et vnū esse secundū q̄ztitatē et cōtinuitatē. sed nō secundū q̄litatē. Amplius āt natura dī ex quo p̄mo aūt est. aut fit aliqd entiū natura cū iforme sit ⁊ īmutabile a sua ꝓprietate vel ptāte. vt statue ⁊ yasoꝝ ereoꝝ es nā dicit ⁊ ligneorū lignū. Similiter āt i aliis ex his. n. ē vnunqđqz saluata p̄ria mā Hoc. n. mō ⁊ existentiū natura elemēta dicūt natura. alii ignē alii terrā alii aquā. alii aerē. alii aliqd aliud tale dicētes alii q̄dā horū alii oia ea. Amplius alio mō dicitur natura existentiuz natura subā. vt dicētes naturā primā eē cōpositionez. Empedocles dicit qa nā nullī ē entiū sed solū mixtio ⁊ pmixtio pmixtorū nā vero in oibus noiaī. Quapropter ⁊ q̄cunqꝫ natura sūt. aut fiūt iam existēte ex quo apta nata sunt fieri aut esse nō dicimus naturaz habere si nō habent spetiem et formam. ergo natura qdez ex vtriſqꝫ ē vt animalia et eorū ptes.

Lectio quarta.

b Ic distinguit boc nomē natura cuius qdē cōsideratio licet ñ videaī ad primū pbilosopbū sed magis ad naturalē ptinere: iō tñ hic boc nomē nā distiguit: qr natura scōm sui quādā acceptionē de oi substātia dī: vt patebit: Et p cōsequēs cadit in ꝯsideratione pbī primi: sicut ⁊ subā vniuersalis. Circa hoc āt duo facit. p̄mo distiguit diuersos mōs qbus nā dī. Secūdo reducit oēs ad vnū primū ibi. (Ex dictis igiī.) Circa primū duo facit. Primo ponit. v. mōs principales. Secūdo pōit duos alios adiūctos duob⁹ vltimis ibi. (Et ēt nā dicit) Dicit ergo p̄mo q nā dicitur vno mō gīatio generatoꝝ: vel vt alia lra bēt melius. Nascentiū. Non eni oia generata nascētia dici possūt: sed solū in viuētibus sicut in plātis siue i aialibus ⁊ in ptibus eoꝝ Nō āt generatio rerum nō viuētiū pōt dici natura p̄prie loquendo secūdum cōmunez vsum vocabuli: Sed solū generatio viuētiū vt dicaī natura ipa natiuitas vel ipsa nascētia: qđ ipsū nomē sonare videī (vt si qs ponigēs dicat naturā) Lra ista corrupta ē. Quod ex alia trāslatiōe patet q̄ sic bēt (vt si qs p̄ducēs dicat ipsuz.) Obysis eni qđ apud grecos naturā significat: si p generatiōe viuentiū accipiaī habet primū ideſt p̄ductū: si vero pro principio sicut cōmuniter vtimur habet primū. y. breue. Posset tamen per hāc

de natura

Lec. 8.

Lo. 5.

nō dicto vocabulo nā

UVA. BHSC. IyR_086_1

litteram intelligi q̄ hoc nomē natura de generatiōe viuentiū dicatur secundū quandā ꝓportionē vel porrectionē.i. extensionē. Et hoc autē patet q̄ ipsa natiuitas primo natura dicta ē. ¶ Secund⁹ est modus: vt.s. generatiōis principiū ex quo aliq̄d generat̄ siue illud q̄ nascitur generatur primo sicut ex intrinseco principio: hoc dicatur natura. Et p similitudinē natiuitatis ad alios mot⁹ vlterius ꝓcessit huius nois significatio: vt natura Tertio modo dicat̄ id vnde ē principiū motus in quolibet entiū secūdū naturā: dūmodo sit in eo inquantū huiusmodi ⁊ nō p accidens: sicut in medico q infirmatur ineſt principiū sanatiōis.s. ars medicine: nō tamē inquātū est infirmus: sed inquantū medicus. Sanat̄ aūt nō inquantū est medicus sed inquantuz infirmus. Et sic principiū motus non est in eo inquantum mouetur. Et hec est diffinitio nature posita in secundo pbycorum. Et ga de nascentibus mentionem facit: Ostendit quid sit proprie nasci vt habet alia littera: loco cuius hec littera impropꝛie habet generari. Differt enim generatio in viuentibus a gnatione inanimatoꝝ q̄a inanimatū generatur non vt coniunctum siue vnitū generāti vt ignis ⁊ ab igne ⁊ aqua ab aqua. In viuentib⁹ autem fit generatio per quandaz vnionem ad generationis principiū Et quia additio quanti ad quantum facit augmentū: ideo in generatiōe viuentiū videt̄ esse quoddā augmentū: sicut est cuz ex arbore nascitur fructus aut foliuz. Et ideo dicit q̄ nasci dicuntur quecūq̄ augmentū habent. idest quoddā augmentū cū generationis principio. Differt aūt hoc augmentum a specie motus que augmentū dicitur qua mouent̄ iam nata. Nam in augmento aliquid augetur in se ipso per hoc q̄ id quod additur transit in substantiam eius cui additur: sicut nutrimentum in substantiam nutriti. Id āt quod nascitur apponitur ei ex quo nascitur tanq̄ alterū ⁊ diuersum: nō sicut in eius substantiā transiens Et ideo dicit q̄ habet augmentum (p diuersum) siue p alterum. q.d. q̄ hoc augmentum fit per appositionez alicuius alterius vel diuersi. Sed appositio augmentum faciens pōt intelligi dupliciter. Uno mō (tangendo).i. per solum cōtactū Alio mō per hoc q̄ est simul. s. aliqua duo simul producuntur adinuicem coaptata: sicut brachium ⁊ neruus: ⁊ aliquid esse apte.i. q̄ aliq̄d adaptetur ad alterū iam preexīs: sicut capilli capiti ⁊ dentes gingiuis Loco autem huius alia littera habet melius cōnasci ⁊ ad nasci. In hac autem generatiōe viuentiū nō solum fit appositio per tatcum: ſz etiam per quandā coaptationem siue cōnascentiā. vt patet in embrionibus q̄ non solum tanguntur in matrice. sed etiaz alligantur in principio sue generationis. Ostendit aūt quid inter duo predicta differat dicēs q̄ cōflatio.i. colligatio (siue cōnascentia) vt alia littera hēt differt a tactu quia in tactu non est necessariū aliquid eē preter tāgentia q̄ ea faciat vnū. In colligatis autem siue coaptatis siue cōnatis vel adnatis oportet esse q̄d vnuz in ambobus qō p tactu.i. loco tact⁹ faciat ea simul apta esse.i. coaptata vel ligata siue simul nasci. Intelligēdum est aūt q̄ id quod facit ea vnū facit esse vnū secundū ēntitatē ⁊ cōtinuitatem ⁊ non secundū qualitatem: quia ligamentū non alterat ligata a suis dispositionibus. Et hoc autē apparet: quia quod nascitur semp est cōiunctū ei ex quo nascit̄: ideo natura nunquā dicit principium extrinsecū sed secundū omnes suas acceptiōes dicit principiū intrinsecuz. ¶ Et hac aūt tertia ratiōe nature: sequit̄ quarta. Si.n. principiū mot⁹ rex naturaliū natura dicit̄: principiū aūt mot⁹ rex naturaliū quibusdā videbatur eē materia. cōsequēs fuit vt materia nā diceret̄ que quidē est principiū rei ⁊ quātum ad esse ⁊ quātum ad fieri. Ipsa etiam scōm se absq̄ oi forma cōsiderata nec a se ipsa mouet̄ nec ab alio. Et ideo dicit q̄ natura dicitur ex quo aliquod entium primo est aut fit. Quod iō dicit ga materia cēndi ⁊ fiēdi ē principium. Et quo dico (existēte iordinato).i. absq̄ forma. Uñ alia.t. hēt (cū iforme sit). In qbusdā eni ipse ordo hētur p forma sicut i exercitu ⁊ ciuitate. Et quo dico (imutabili ex sua potestate) idest moueri q̄ nō pōt p suā ptātē sed ꝛz ptātē sui supioris agētis. Nā mā nō mouet se ipsā ad formā sed mouet̄ a supiori exteriori agēte. sicut si dicerem⁹ eē māz statue ⁊ uasoꝝ ereoꝝ: ⁊ ligna ligneoꝝ si huiusmōi vasa nālia corpa eēnt Similiter ē in oibus aliis q̄ ex materia sūt vel fiūt. Unūquodq̄z eni eoꝝ fit ex sua materia: ea salutata. Dispositiōes aūt forme nō saluant̄ in gnatione. Una eni forma introducit̄ altera abiecta. Et pp hoc forme videbāt esse qbusdā accidētia ⁊ sola mā substātia. ⁊ natura: vt dicit̄ secūdo phyſicoꝝ. Et h̄ ideo qa similiter existimabāt formā ⁊ materiā in reb⁹ nālibus sicut in rebus artificialibus in qb⁹ forme sūt accidētia ⁊ sola mā substātia. Unde isto mō naturales dixerūt ekta esse materiā existētiū secūdū naturā vel aquā vel aerē vel ignez aut terrā: cū nullus elemētū naturaliū posuit solā sed alīq nō naturales vt in ꝓio libro ē habitū Quidā aūt posuerūt alīq eoꝝ eē elemēta ⁊ natura rex sicut Empedocles. Quidaz vero alīqt aliud sicut heraclitus vaporē. ¶ Quia vero motus rex naturaliū magis causat̄ ex forma cū ex materia iō supuenit q̄ntus mod⁹ quo ipa forma dicit̄ nā. Et sic alio mō natura dicit̄ ipsa subā.i. forma rex existentiū scōm naturā sicut naturā dixerūt eē rex ipsā cōpositionē mixtoꝝ: sicut Emp. dixit q̄ nō est aliqt entiū absolutū: sed solūmodo ptinuatio vel relaratio vel cōmixtio pmixtoꝝ Scōm aliā translationē nā apōboies dicit̄. Dicunt̄ eni que sūt pmixtiōis diuise naturā diuisā hēre Ad ponēdū aūt formā esse naturaz hac rōe inducebant̄ qa q̄cūq̄z sūt ⁊ fiunt nāliter nō dicunt̄ hēre naturā existētē materia ex q̄ nata sūt fieri vel eē: nisi habeāt spēz ꝓpriā ⁊ formā per quā spēm cōsequunt̄. videt̄ āt nomē speciei poni p forma sbāli ⁊ forma p figura q̄ consequit̄ spēm ⁊ est signū speciei Si igit̄ forma est nā nec aliqt potest dici hēre naturā nisi qñ hēt formā: illud ergo qō cōpositū est ex mā ⁊ forma dicit̄ esse natura.i. scōm naturā vt animalia ⁊ ptes eoruz sicut caro ⁊ os ⁊ huiusmodi.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et etiā natura pria materia ⁊ ea dupliciter: aut que ad id prima: aut ex toto pria vt operū ereorū: ad ea qdē primū es: totaliter vero forsam aqua sicut quescētia aqua. ⁊ species et substātia: hoc aūt finis. generatiōis. metaphora vero iā et omnino omnis substātia natura dicitur propter hāc quia et natura substantia quidam est.

¶ Ponit duos mōs adiūctos duob⁹ vltimis pcedētib⁹ quoꝝ prim⁹ addit̄ ērto mō quo mā dicebat̄ nā. Et dicit q̄ mā dicit̄ nā nō q̄cūq̄z sed pria. Qō pōt itelligi duplicit̄ aut quātū ad aliqō gen⁹. aut ex toto vel simplicit̄ pria: sicut opeꝝ artificialiū q̄ fiūt ex ere: pria mā secūdū gen⁹ illud ē es. Pria vero simplicit̄ ē aq̄ Nam oia q̄ liquescūt calido ⁊ idurāt frigido sūt aquea magis vt dicit̄ ērto meteoroꝝ. ¶ Secūd⁹ mod⁹ adiacet qntō mō ꝓdicto quo forma dicebat̄ nā. Et ꝑm hūc mōz nō solū forma ꝓis dicit̄ nā: sed spēs ipsa q̄ ē forma totī⁹. Ut si dicam⁹ q̄ hois natura nō solū ē aia sed hūanitas ⁊ sbā qnā significat diffinitio. Secūduz hoc eni Boeti⁹ dicit q̄ natura ē vnūq̄q̄z iformans specifica differētia. Nā specifica differētia ē q̄ cōplet sbām rei ⁊ dat ei spēm. Sicut aūt forma vel materia dicebātur natura: qz ē principiū generatiōis q̄ secūdū primas

UVA. BHSC: IyR_086_1

nois ipositionē natura dicit: ita spēs ꝛ subā dicit natura quia ē finis generatiōis. Nā gnatio terminat ad spēz gnati que resultat ex vniōe forme ꝛ materie. Et ex hoc secūdū quādā metaphorā ꝛ nois extensionē ois subā dicit natura: qz nā quā diximus q̄ ē generatiōis terminus subā q̄dam ē. Et ita eo qō natura dicitur ois substātia similitudinē habet. Et hūc modū ēt ponit Boetius. Rōne aūt istius modi distinguit ꝫ nomē natura inter noia cōmunia. Sic eni cōe est sicut ꝛ substantia.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex dictis igit̄ pria natura ꝛ ppria dicta ē substātia: q̄ principiū motus hēntiū i sei q̄stū ea materia namq; qz eius est susceptibilis eē dicit natura: ꝛ genetiones ꝛ generari quia sūt ab ea motus ꝛ principium motus natura existentiuū idest existens aut potestate: aut perfectione.

¶ Reducit oēs modos p̄dictos ad vnū. Sciendū est aūt q reductio aliox modorū ad vnū primū fieri p̄t dupl̄r. Uno mō ꝼm ordinē rerū: Alio mō ꝼz ordinē q̄ attēdit quātū ad nois ipositionē. Noia eniz ponūtur a nobis secūdū q res intelligimus: qa noia intellectuū sūt signa. intelligimus autē qñq; priora ex posteriorib⁹. Unde aliq̄d per prius apud nos sortit nomen cui res nomis p posterius cōuenit. Et sic est i ꝓposito. Quia .n. forme ꝛ virtutes rex ex actibus cognoscunt p prius ipsa generatio vel natiuitas nature nomē accepit: ꝛ vltimo forma ꝛ scōm rerū ordinē forme pri⁹ cōpetit rō nature: qa vt dictū ē nihil dicit habere naturā nisi secūdū qō hz formā. Unde pz ex dictis q̄ prio ꝛ ppria natura dicit ſbā. i. forma rerū habentiū in se principiū motus inc̄tū huiusmodi. Materia. n. dicit eē natura qa ē forme susceptibilis. Et gnationes hūt nomē nature qa sūt motus p̄cedētes a forma: ꝛ itex ad formas ꝛ id ipsū. ſ. forma que ē principiū mot⁹ rex existētiū scōm naturā aut i actu aut in potētia forma eni nō semp facit motū in actu sed qñq; in potētia tm̄: sicut qñ ipedit motus naturalis ab aliquo exteriori ꝓhibente. vel ēt quādo impedit actio naturalis ex materie deffectu.

¶ Necessariū dicit sine quo nō cōtingit eē aut viuere q̄stī cōcāli: vt spirare et cibus aialiū ē necessariū: nā sine his esse ē impossibile.

¶ Lectio quinta

Postquam philosophus distinxit nomia que significat causas. Hic distinguit nomē qō significat aliquid pertinēs ad rationē cause. ſ. necessarium. Causa eniz est ad quam de necessitate sequitur aliud. Et circa ꝫ ergo duo facit. Primo distinguit modos necessarii secūdo reducit oēs ad vnū primum ibi. (Et secūdū ꝫ necessariū.) Ponit autē in pria parte quatuor modos necessarii. Primus est secunduz q̄ dicit aliquid necessariū sine quo non potest aliquid viuere aut esse: quod licet non sit principalis causa rei est tamen quedā cōcausa. Sicut respirare est necessarium aiali respiranti quia sine respiratione viuere nō potest. Ipsa enim respiratio ꝛ si nō sit causa vite: ē tamen cōcausa: inc̄tum cooperat ad cōtemperamentū calotis sine quo nō ē vita. Et similiter est de cibo sine quo aial viuere nō potest inq̄ntū cooperat ad restaurationē deperditi ꝛ impedit totalē consumptionem humidi radicalis quod est causa vite. Igitur huiusmodi dicuntur necessaria quia sine eis impossibile est esse.

¶ Et sine q̄bus homini bonum nō cōtingit esse aut: fieri: aut aliquid malus expellere aut p̄uari: veluti bibere pharmacus necessariū vt nō laboret: et ad eginā nauigare: vt pecuniā recipiat.

¶ Secūdū modū ponit dicēs q̄ secūdo mō dr̄ necessaria sine q̄b⁹ nō p̄t eē vel fieri bonū aliq̄d vel vitari aliq̄d malū vel expelli: sicut bibere pharmacū. i. medicinā laxatinā dicimus eē necessariū nō quia sine hoc viuere aia non possit: sed ad expellendū. ſ. hoc malū q̄d est infirmitas vel etiā vitandum. Est eni hoc necessariū (vt non laboret (. i. vt nō infirmet aliqs. Similiter nauigare ad eginā. i. ad illum locū est necessariū: nō qa sine hoc nō possit bō esse: sed qa sine hoc nō p̄t acquirere aliq̄d bonū. i. pecuniā. Unde dicit q̄ necessaria est talis nauigatio vt aliqs pecuniā recipiat.

¶ Tertium modum ponit. i.

¶ Amplius vim faciēs: et vis sed hoc secundū et p̄uoluntatem impediens et ꝓhibens vim faciens necessariū dicitur: qua p̄opter triste etiā: sicut euenus ait. Omnis enim res necessaria lamētabilis est facta et vis necessitas q̄daz: vt Sophocles dicit: ꝫ vis ea me facer̄ cogit. et videt necessitas nō iculpabile eē recte cōtrariū eni ē motui secūdū p̄uolūtatē et scōz excogitationē.

¶ Dicens q̄ id qō infert violentiā ꝛ ēt ipsa violentia necessarii nomē accepit. Nā violentia necessaria dr̄: ꝛ qō vim patit dicit de necessitate id facere ad qō cogitur. Quid aūt sit faciēs vim māifestat i naturalibus ꝛ in volūtariis. In naturalibus quidē est impetus siue inclinatio ad aliquē finē cui respondet volūtas i natura rōnali. Uñ ꝛ ipa naturalis iclinatio appetitus dicit. Utruz q̄ aūt. ſ. ꝛ ipetum naturalis iclinationis ꝛ ꝓpositū volūtatis cōtingit impediri ꝛ ꝓhiberi. Impediri q̄dē in p̄secuutiōe mot⁹ iā incepti. Prohiberi aūt ne ēt motus iciat. Illud ergo dr̄ eē violentū qō est p̄ter ipetū. i. p̄ter iclinationē rei naturalis ꝛ ē ipediēs p̄ter volūtatez (. i. ꝓpositū in p̄secuutiōe mot⁹ volūtarii iā icepti ꝛ ꝓhibēs etiā ne incipiat. Alia littera hēt. Et ꝫ est scōm hormen. i. secūdū ipetū. Uiolētia eniz est cū aliq̄d agit secundū ipetū exteriozis agētis p̄tra volūtatē vim passi. Uiolentū aūt est scōm ipetū vim faciens. Ex hac aūt violenti diffinitiōe duas cōclusiones iducit quaꝝ prima est q̄ oē violentū est triste siue flebile. Quod ꝓbat p cuiusdam poete siue doctoris dictū dicēs q̄ ois res necessaria siue violēta ē tristis siue lamētabilis. Necessitas eni ē quedā violētia sicut Sophocles poeta dicit Uiolētia me facere coegit ea. i. necessitas. Dictū ē. n. q̄ violētia ē ipediēs volūtatē. Ea aūt q̄ volūtati sūt p̄traria cōtristāt. Tristitia eni est de bis q̄ nobis nolēt⁹ accidūt. Secūda cōclusio ē q̄ necessitas recte dicit q̄ est iculpabilis ꝛ irreprehensibilis. Dicit eni q̄ necessitas magis meretur veniā quā increpationē. ꝛ hoc iō qz nō culpamur nisi de bis q̄ voluntarie facimus de q̄bus ēt rationabiliter increpamur. Necessitas autem violentie est contraria voluntati ꝛ excogitationi vt dictum ē ꝛ ideo rōnabil⁹ dicitur q̄ violenta nō sūt culpabilia.

¶ Quartum modum ponit. i.

¶ Amplius q̄ō non contingit aliter se habere necessariū dicim⁹ sic se hēre.

¶ Dicēs q̄ necessariū ēt dicimus sic se habere q̄ō nō cōtigit aliter se hēre. ꝛ hoc ē necessariū absolute. Pria autez necessaria sūt secundū quid. Differt aūt necessa-

UVA. BHSC. IyR_086_1

rsum absolute ab aliis necessariis:qz necessitas absolu
ta cõpetit rei setũdũ id qõ ẽ intimũ ⁊ primũ ei:siue sit
forma siue mã siue ipsa rei eẽntia sicut dicim⁹ animal
necesse ẽ esse corruptibile:quia hoc cõsequit̃ ei⁹ mate
riã inc̃tũ ex cõtrariis cõponit̃. Dicim⁹ ẽt aial necessa
rio eẽ sensibile qz cõsequit̃ ei⁹ formã:⁊ aial necessario
esse substantiã aiatã sensibilẽ qa ẽ eius eẽntia. Neces
sariũ autẽ secundũ qd ⁊ nõ absolute ẽ cuius necessitas
dependet ex cã extrinseca. Causa autẽ extrinseca est du
pler.s.finis ⁊ efficiens. Finis autẽ ẽ vel ip̃z eẽ absolutũ:
⁊ ab hoc fine necessitas sumpta ptinet ad primũ modũ
vel bene eẽ siue aliquod bonũ bẽre.⁊ ab hoc fine sumi
tur necessitas secũdi modi. Necessitas aũt que ẽ a mo
uẽte exteriori ptinet ad tertiũ modũ. Nã violẽtia ẽ qñ
aliquid mouet̃ ab exteriori agẽte ad aliud ad qõ ex p̃
pria natura aptitudinẽ nõ habet. Si eni secũdũ suã na
turã ordinet̃ ad hoc ꝙ recipiat motũ ab exteriori agen
te.tũc motus nõ erit violent⁹ sed nãlis:sicut p̃z de mo
tu celestiũ orbiũ a substãtiis sepatis:⁊ de motu inferio
rũ corp̃or a sup̃oribus.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et secundũ hoc necessariũ:⁊ alia di
cũtur oĩa necessaria vim eni patiẽs ne
cessariũ dr̃.aut facere.aut pati.tũc eni
nõ cõtingit secundũ impetũ ꝑpter coa
ctũ quasi ea necessitate existẽte.ꝑpter
quã nõ cõtingit aliter ⁊ in cõcausalib⁹
viuẽdi ⁊ boni similiter.nam cũ nõ con
tingit hic quidẽ bonũ illic vero viue
re ⁊ esse sine aliquibus ea necessaria
causa necessitas quedam est hec.

¶ Reducit oẽs modos ad vnũ.⁊ circa hoc tria facit p̃
mo ostẽdit ꝙ oẽs modi necessitatis q̃ in reb⁹ inueniunt̃
ad hũc vltimũ modũ ptinẽt. Secundo ostẽdit ꝙ secun
dũ vltimũ modũ accipit̃ necessarium in demõstratiuis
ibi. (Amplius demõstratio). Tertio infert quoddaz
corrclariũ ex p̃missis ibi (Hoc quidẽ itaq̃) Dicit er
go primo ꝙ secũdũ istũ vltimũ modum necessarii oẽs
alii modi aliqualiter dicunt̃. Qõ primo ostẽdit in ter
tio modo. Illud.n.ꝙ vi⁹ patit̃ de necessitate dr̃ aliqd
facere vel pati ꝓp hoc ꝙ nõ cõtingit secundũ ꝓpriũ im
petũ aliquid agere ꝑpter violentiã agẽtis q̃ est quedã
necessitas ꝑpter qõ nõ ꝓtingit aliter se bẽre.⁊ sic̃ ostẽ
dit hoc in primo ⁊ secũdo modo in q̃bus necessitas su
mit̃ ex causis viuẽdi vel eẽndi simplicit̃ quantũ ad pri
mũ modũ vel ex causis boni quãtũ ad secũdũ modu⁹.
Sic eniz in aliis modis necessariũ dicebat̃ sine quo nõ
poterat eẽ ex vna pte bonũ:⁊ ex alia pte viuere ⁊ esse.⁊
sic illa causa sine qua nõ cõtingit viuere vel eẽ vel bonũ
habere vel malo carere necessitas dicit̃:quasi ex hoc sit
p̃ma ratio necessarii:quia ip̃ossibile ẽ aliter se habere.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius demõstratio necessariorũ
ẽ qr nõ cõtingit aliter se habere qõ de
mõstratũ ẽ simpliciter.huius autẽ cau
sa ẽ qr prima sunt.si impossibile est ali
ter se habere ex quibus ẽ sillogismus.

¶ Ostendit ꝙ secundũ vltimũ modũ accipit̃ necessari
um in demõstratiuis ⁊ quantũ ad cõclusiões ⁊ c̃tum
ad principia. Demõstratio eniz dicit̃ esse necessario:uz
⁊ dicit̃ eẽ ex necessariis:Necessariorũ qdẽ eẽ dicitur:
quia illud qõ simpliciter demõstratur nõ cõtingit aliter
se habere. Dicit̃ aũt simpliciter demõstratũ ad ei⁹ dif
ferẽtiã qõ demõstrat̃ in demõstratiõe que ẽ ad aliquẽ:
⁊ nõ simpliciter:qõ in quarto libro dixit demonstrare
ad hominẽ arguẽtẽ. In talib⁹ eniz demõstratiõib⁹ que
sunt ad aliquẽ cõtingit etiã ip̃ossibile cõcludi ex aliqb⁹
impossibilibus positis. Sed qr cãe ꝓclusiõis in demõ
stratiõib⁹ sunt p̃misse cũ demõstratio simpliciter scire
faciat qõ nõ est nisi per cãm oportet etiaz principia ex
quibus ẽ syllogismus esse necessaria que ip̃ossibile sint
aliter se habere. Nam ex causa nõ necessaria nõ potest
sequi effectus necessarius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Horũ quidẽ itaq̃ diuersa causa ne
cessaria ẽ:aliorũ vero nulla:sed ꝓp ea
homo musicus. Et silis rō ē si accidens accipitur vt simplex ⁊ subm solū cū ꝓpōne: vt si dicam⁹ musicus ē homo music⁹ aut ecōuerso: q: ⁊ hoī musico quod ē ꝓpositū: dñr idē p accūs ⁊ hō ⁊ musicū. qñ ḃ duo de illo vno predicātur ⁊ ecōuerso. Ex hoc āt concludit vlterius conclōnem q in oībus predictis modis pre dicādi in qb⁹ idē p accūs predicat: nō ꝑdicatur aliqō nomē vīr. Nō.n.ē vex dicē q oīs hō sit idē musico: quod sic pz. Et.n.ea sola de vlibus ꝑdicant vīr q̄ pz se insunt eidē. ¶Propter hoc enī modus ꝑdicādi qui ē vīr ꝑdicari: ꝙuenit cū ꝓditiōe subi quod ē vle: q: pre dicatū per se de subo predicat. Sz accūa nō predicā tur ꝑm se de vlib⁹ pz rōne singulariū. Et iō de vlib⁹ nō ꝑdicantur vīr pz de singularib⁹ ꝑdicāt simplr: q: idē vī ee subo Socra. ⁊ socr. music⁹. nō tñ ꝑdicāt de singulari vīr: q: de nullo pōt ꝑdicari aliqd vīr qō nō ē vle. Socr. āt nō ē vle. Mā nō ē in multis. Et iō non ꝑdicat vīr aliqd de Socrate vt dicatur oīs socra. sic oīs hō. Igit̄ que dictum⁹ sic dñr eadē. s. per accidens vt dictum est. ¶Deinde cum dicit.

¶Alia vō scōz se tāquā ⁊ vnū. Et.n. quorū materia vna aut spē aut nūero eadē dicunt: ⁊ quorū subā, vna, q̄re pala q̄ idētitas vnio quedaz est pluriū eēndi: aut qñ vtit vno, vt plurib⁹ veluti quādo dicit idez ei dem idez: nam vt duobus vtitur eodez.

¶Ponit modos eiusdē p se ⁊ dicit q aliq̄ dñr fz se eisdē modis qb⁹ dī vnū p se. Oēs enī modi qb⁹ aliq̄ vnū p se dicūt reducūtur ad duos quoz vnus ē fz q dicūt vnū. illa quoz mā ē vna: sine accipiam⁹ mām eandē ꝑm spēm: sine ꝑm numez ad quod pertinet se cūdus ⁊ terti⁹ modus vnius. Alio mō dicūt vnum quoz subā ē vna vel rōe cōtinuitatis: quod ptinet ad primū modū vel pp vnitatē ⁊ idiuisibilitatē rōnis: qō ptinet ad q̄rtum ⁊ qntū. Unde ⁊ his modis dicūtur aliq̄ ee idē. ¶Ex hoc aūt vlteri⁹ concludit q idemtitatis ē vnitas vl vnio aut ex eo q illa que dñr idē sūt plura ꝑm eē: ⁊ tū dicunt idē inātum in aliquo vno ꝙueniūt. Aut q: sunt vnū ꝑm esse: sed intellect⁹ vtit eo vt pluribus ad hoc q relatiōem intelligat. Nam nō pōt intelligi relatio nisi inter duo extrema sicut cū dī aliquid esse idē sibi ipsi. Tunc.n. intellect⁹ vtitur eo quod ē vnū ꝑm rem vt duobus. Alias eiusdē ad se ipm relatiōem designare nō posset. Ulī pz q si relatio semper regrit duo extrema: ⁊ in hmōi relationibus non sunt duo extrema ꝑm rem: sed secūdū intellectuz solum: relatio idēptitatis non erit relatio realis: sz rō nis tm: scōm q aliquid dī idem simplr. Secus aūt est qū aliqua duo dicūtur ee idem vel genere vel spe cie. Si enim idēptitatis relatio eēt res aliqua p̄ter illud quod dicitur idemares etiam que relatio est cū sit idē sibi: pari ratione haberet aliam relationez que sibi eēt idē: ⁊ sic in infinitū. Non est aūt possibile in re bus in infinitū ꝓcedere: sed in his que sunt ꝑm intel lectū nihil ꝓhibet. Mā cū intellectus reflectatur sup suū actū itelligit se itelligē. Et hoc ipm pōt et intelli gere: ⁊ sic in infinitum.

¶Lectio decima.

Diuersa vō dicūt quorū aut species plures aut materia aut rō substātie: ⁊ oīo oppōite eidē dicitur diuersū.

Jcostēdit quot modis dī diuer sum: ⁊ dicit q diuer sa dñr aliqua triplr. Dicūtur.n. aliq̄ diuer sa specie quoz spēs sunt plures: sicut asinus ⁊ bos. Quedā vō dicūt diuersa numero q: differunt ꝑm mām sicut duo individua vnius spēi. Quedā vō dñr diuersa ꝑm rōnem substantie. i. secūdū, diffinitio nem declarantē subam rei. Contingit.n. quedam eē idē numero. s. subiecti: sed diuersa rōne: sicut Socra tes ⁊ hoc albuz. Et quia plures modi diuersitatis ac cipi pñt sicut q dicat diuersū genere ⁊ diuersum pp ꝓmi diuisionē. ideo subiungit q diuersum dī oppo situ totalr ad idem. Cuilz enim modo eius qō ē idez, opponit aliquis modus ei⁹ quod ē diuersum. Et pp ḃ quot modis dī idē tot modis dī diuersuz. Et tamē alij modi vnius vel ei⁹qō ē idem pñt reduci ad istos hic tactos. Diuersitas enim generis ꝛcludit in diuer sitate spēi. Diuersitas vero cōtinuitatis in diuersitate materie eo q partes q̄titatis se habent per modum materie ad totum.

¶Deinde cum dicit.

¶Differentia vero dicunt quecunqz diuer sa sunt idem aliquid entia: ⁊ nō soluz i nume ro: sed specie aut genere: aut ꝓportōe. Am plius quorum diuersum genus contraria et quecunqz habent in subā diuersitatem.

¶Hic distinguit quot modis dī hoc nomē differēs Assignat aūt duos modos. Quorum primus ē q aliq̄d ꝓprie dicit dīens secūdum q aliqua duo que sūt (aliquid idē entia). i. in aliquo vno cōuenientia sunt diuersa sine conueniant in aliquo vno secūdū nūerū sicut: socra. sedens a sorte non sedente: sine conueniāt in aliquo vno specie: sicut socra. ⁊ plato in hoīe: sine i aliquo vno genere sicut homo ⁊ asinus in aīali: sine in aliquo vno secūdum ꝓportionem: sicut quantitas ⁊ qualitas in ente. Ex quo pz q differens omne ē di uersum sed non conuertitur. Nam illa diuersa que i nullo conueniunt nō possunt ꝓprie dici differentia: quia nō differunt aliquo alio sed se ipsis. Differens aūt dicitur q aliquo alio differt. ¶Secūdus mōus ē put differens cōiter sumitur pro diverso: ⁊ sic diffe rentia dicuntur etiaz illa que habent diuersum gen⁹ ⁊ in nullo cōueniant. ¶Docet autem quibus conueni at esse differens scōm primum modum qui ē ꝓprius Cum enī oporteat ea que proprie dicuntur differen tia in vno aliquo cōuenire: ea vō que conueniūt i spe cie nō distinguunt nisi p accidentales differentias vt Socra. albus vel iustus. ¶Pla. niger vel musicus: que vero conueniunt in genere ⁊ sunt diuersa secun dum spēm differunt differentius substantialibus: illa proprissime dicūtur differentia que sunt eadem gene re ⁊ diuersa secūdum spēm. Omne autem genus di uidit̄ in contrarias differentias. Non autez omne genus diuiditur in contrarias species. Coloris enim species sunt contrarie. s. album nigrum: ⁊ differētie etiam. s. congregatiuum ⁊ disgregatiuum. Animalis autem differētie quidez sunt contrarie. s. rationale ⁊ irrōnale: sed species animalis vt homo ⁊ equus ⁊c. non sunt contrarie. Illa igitur que proprissime dicun tur differentia sunt que vel sunt species contrarie sic album ⁊ nigrum vel sunt species vnius generis non cōtrarie sed habentia cōtrarietatem in substantia ra tione contrariarum differētiarum que sunt de substā tia specierum. ¶Deinde cum dicit.

¶Silia dicūntur que idē sunt oīno passa ⁊ plura idem passa aut diuersa: ⁊ quorum qualitas vna.

¶Ostendit quot modis dicitur simile. Circa hoc ꝛ duo facit. Nam primo assignat quot modis dicit̄ si mile. Secūdo quot modis dicitur dissimile ibi (Op posite vero) Circa primum duo facit. ¶Primo osten dit quot modis dicitur simile: secūdo quomodo dica tur aliquid maxime simile. ibi (Et secūdū quecunqz Alterari). ¶Ponit autem tres modos similitudinis constat enim q vnum in qualitate facit simile. ¶Pas sio autem est affinis qualitati: eo q precipue passioi mutatiōe qualitatis que est alteratio attendit̄. Un

UVA. BHSC. IyR_086_1

de ⁊ quedã ſpēs qualitatis eſt paſſio ⁊ paſſibilis qualitas. Et propter hoc ſimilitudo nō ſolum attenditur ſecūdum conuenientiã in qualitate ſed ſcōm conuenientiam in paſſione. Quod quidē poteſt eſſe dupliciter aut ex parte paſſionis: aut ex parte ei⁹ ad qō paſſio terminatur. Sic igit triplr aliq̄ ſunt ſimilia: vno mō q: patiuntur idem ſicut duo ligna que ꝓburūtur poſſunt dici ſimilia. Alio mō ex hoc ſolo ꝙ patiunt aliq̄: plura filia dñr ſine patiãtur idē ſine diuerſa: ſicut duo hoīes quoz vn⁹ fuſtigat ⁊ alter incarceratur dicunt ſiles in patiendo. Tertio modo dicūtur ſilla quorum vna ē q̄litas ſicut duo albi ⁊ duo ſydera in celo habẽtia ſimilem ſplēdorē aut virtutē. ¶ Deide cū dic.

¶ Et ſm q̄ alterari ꝛtingit horum ꝛriorum qō plura bz: aut magis ꝓprium: hoc ē ſile. oppoſita vero ſimilibus diſſimilia.

¶ Oſtdit vnde aliquid maxime dicatur ſile qñ enim ſunt plures ꝛrietates ſcōz quas attenditur alteratio: illud qō ſcōm plures illarum ꝛrietatū ē alicui ſimile dr magis ꝓprie ſile: ſicut alluin qō ē calidū ⁊ ſiccuz dr magis ꝓprie ſimile igni q̄z zucarum ꝙ ē calidum ⁊ humidum. Et idē ē inter duo quoz vtrunq̄z ē ſimile alicui: tertio ſcōm vnã qualitatem tm illud qō eſt ſimile ſcōm qualitatē magis ſibi ꝓpriã magts⁹ ꝓprie dr ſimile ei: ſicut aer magis ꝓprie ſimilis eſt igni q̄z terra. Aer enim aſſimilatur igni ī caloꝛe que ē q̄litas ſibi ꝓpa magis q̄ſi ſiccitas ī qua aſſimilatur ſibi terra Conſequēter dicit ꝙ diſſilia dñr ꝓ oppoſitū ad ſimilia

¶ Deinde cū dic.

¶ Oppoſita dicuntur ꝛria ꝛdictio: ⁊ ad aliquid: ⁊ priuatio ⁊ habitus.

¶ Hic diſtīgnit ſcō ariaſ ptes pluralitatis: que .ſ. cōtinẽtur ſub differẽti ⁊ diuerſo: que ſūt partes p̄me. Et circa hec tria facit. ¶ Primo oſtdit quot mōis dñr oppoſita. Scōo quot modis dñr contraria ibi (Contraria dñr) Tertio quot modis dñr diuerſa ſpē. ibi. (Diuerſa vero ſpē) Circa primū duo facit. ¶ Primo enī dicit quot modis dñr oppoſita: q: q̄tuor modis. ſ. ꝛdictoria: ꝛria: priuatō ⁊ habitus: ⁊ ad aliqd. Aliqd. n. ꝛtra ponit alteri: vel opponit aut rōne dependentie q̄ dependet ab ipſo. ⁊ ſic ſunt oppoſita relatiue. Aut rōne remotionis: q: ſ. vnū remouet altez. Quod qdem ꝛtingit triplr. Aut. n. totaliter remouet nihil relinquens. ⁊ ſic eſt negatio. Aut relinqt ſubiectū ſolum ⁊ ſic ē priuatio. Aut relinqt ſubiectū ⁊ gen⁹. ⁊ ſic eſt ꝛriū. Nã ꝛria nō ſūt ſolū ī eodē ſubo: ſz ēt ī eodē gñe.

¶ Et ex qb⁹ ⁊ ī q̄ vltia vt gñatões ⁊ q̄cūq̄z nō ꝛtīgūt ſi ad eē ãborū ſuſceptibili ea opꝓi dñr: aut ex ea ex qb⁹ ſūt. nã pallidū ⁊ album ſimul eidem non inſunt: vnde ex quib⁹ ſiunt hec opponūtur.

¶ Scōo põit duos modos ſz quos põt cognoſci ꝙ aliq̄ ſūt oppoſita quoz p̄m ē ꝙ ꝓpatiõez ad motū. naz in q̄libet motu vl mutatiõe termin⁹ a quo oppõitur termio ad qnē. Et iō ea ex qb⁹ ē mot⁹: ⁊ ī q̄ ē mot⁹ ſūt oppoſita. vt pz ī gnãtionib⁹. Nã gnãtio albi ē ex non albo: ⁊ ignis ex nō igne. Scōo mō ꝙ ꝓpatiõnem ad ſubm. Nã illa q̄ nō põt ineē ſil eidē ſuſceptibili oz ꝙ ad inuicē opponãt vl ipa vl ea ex qb⁹ ſunt. Nō enīz põt idē coꝛ⁹ ſil eē albū ⁊ nigrum: q: ſūt ꝛria. Nō vo ⁊ alīn⁹ nō põt de eodē dici: q: hñt in ſuis rōib⁹ ꝛtias oppoſitas. ſ. rōnale ⁊ irrōnale. Et ſil pallidū ⁊ albū: q: pallidū ꝓponit ex nigro qō ē oppoſitū albo. Et notãdū ꝙ ſignãter dicit eidē ſuſceptibili: q: q̄dã nō põt alicui eidē ſubō ſil ineē nō ꝓp oppōem quã hẽant ad inuicē: ſz qa ſubm nō ē ſuſceptibile vtriuſq̄z: ſicut albedo et muſica non poſſunt ſimul ineſſe aſino. poſſunt autem ſimul ineſſe homini.

¶ Deinde cū dicit.

¶ Contraria dicūt q̄ non poſſunt ſil adeſſe eidem differentiã ſm gen⁹. ⁊ que plurimuz differūt eoꝛū q̄ ſunt in eodem genere ⁊ que plurimū differūt eoꝛū que ſūt ī eodez ſuſceptibili ⁊ q̄ plurimū differūt eoꝛū que ſub eadem ptãte: ⁊ quoꝛū differentia maxima aut ſimpliciter aut ſm gen⁹ aut ſcōm ſpēz.

¶ Hic oſtēdit quot mōis ꝛria dicūt. Et circa hec. 3. .ſ. Quoꝛ primū ē ꝙ aſſignat modos gbus aliq̄ principaliter dicūtur ꝛria inter quos ponit vnū primum imꝓꝓriū. ſ. ꝙ aliq̄ dñr ꝛria q̄ poſſūt ad eē eidē: licz differant ſm gen⁹. ꝓprie enī ꝛria ſunt q̄ ſunt vm⁹ generis: ſicut ſi diceret ꝙ grauitas ⁊ motus circularis non ſunt in eodem ſubō. Alium modū ponit ꝓpriuz ſcōz ꝙ ꝛria dñr in aliquo ꝓuenientia. Cõueniunt. n. ꝛria in trib⁹. ſ. in eodē genere ⁊ in eodē ſubō ⁊ in eadem ptãte. Et iō notificat ſcōm iſta tria illa q̄ ſūt vere ꝛria dicens: ꝙ illa q̄ plurimū differunt eoꝛuz que ſunt in eodē genere dñtur ꝛria ſicut albū ⁊ nigruz in genere colorꝰ. Et itez illa q̄ plurimū differunt in eodem ſuſceptibili exñtia: ſicut ſanum et egz in aniali. Et itez q̄ plurimū differunt in eadem ptãte contẽta ſicut cõgruū ⁊ incongruū in grãmatica. ¶ Ptãtes .n. rõnabiles ad oppoſita ſunt. Dicit aũt (plurimū) ad differentiã mediorum inter ꝛria: q̄ etiã conueniunt ī eodē genere ſubō ⁊ poteſtate: non tamen ſunt plurimū differentia. Unde ſubiūgit vlẽm rõnem ſm quã aliq̄ dicūtur cõtraria: quia. ſ. eoꝛ dꝛia eſt maxia vel ſimpliciter vel in eodē genere vel in eadem ſpē. Simpliciter qdem ſicut in motu locali extrema ſunt maxime diſtãtia ſicut pũctus orientis ⁊ occidentis q̄ ſunt extrema diametri totius orbis. In eodē genere ſicut ſpecifice dꝛie q̄ diuidunt genus. In eadem ſpecie ſicut accidẽtales dꝛie ꝛrie per q̄ differunt individua eiuſdē ſpēi.

¶ Secūdum ponit ibi.

¶ Alia vo ꝛria dicūt hec qdē taliū hītu alia taliū ſuſceptiõe. alia exiſtendo aut actiua aut paſſiua taliū. alia agẽtia alia patientia. aut expulſiones aut acceptiões aut habit⁹ aut priuationes talium.

¶ Scilicet q̄liter aliqua ſecundario modo dñr ꝛria .ſ. que habent habitudinem ad ea que principaliter ſunt contraria: ſcilicet quia vel hñt contraria in actu ſicut ignis ⁊ aqua dicuntur contraria: quia alteruz ē calidum ⁊ alterum frigidum: vel quia ſunt ſuſceptibilia contrariorꝰz in potentia: ſicut ſanatiuuz ⁊ egrotatiuū: vel q: ſunt actiua vel paſſiua ꝛriorum in potẽtia: vt calefactiuū ⁊ ifrigidatiuū: calefactibile ⁊ infrigidabile: vl q̄liter ꝛrioꝛ agẽtia ⁊ patiẽtia in actu ſic calefaciẽs ⁊ ifrigidãs calefactū ⁊ ifrigidatū. vl q: ſūt expulſiões: ſiue abiectiões ſiue acceptiões ꝛrioꝛ vel ẽt hīt⁹ aut ꝓnatiões eoꝛ. Nã ꝓnatio albi oppoſita ē ꝓnatõi nigri ſle hīt⁹ hītui. ¶ Sz g⁹ ꝙ tãgit triplicẽ hītudinẽ circa ꝛria vna q̄ ē ſubi ī actu vl ī potẽtia. Alia q̄ ē actui ⁊ paſſiui ī actu ⁊ potẽtia. Tertia q̄ ē gñatiõis ⁊ corꝛuptiõis vl fm ſe. vl q̄ztum ad eoꝛ terminos qui ſūt habitus ⁊ priuatio. ¶ Tertium ponit ibi.

¶ Sed qñ ens ⁊ vnū multiplr dicūt ſeq eſt neceſſe ⁊ alia quecūq̄z ſm ea dicūt. q̄re idez ⁊ diuerſum ⁊ ꝛriū. quare eſt diuerſum ſecūdum vnamquãq̄z cathegoriam.

¶ Scilicet q̄ de cã ꝓdicã dñr multiplr. Qz. n. vnū et ens dñr multiplr oz ꝙ ea q̄ dñr ſcōm eã multiplr dicãt: ſic idē ⁊ diuerſū q̄ ꝛſequũt vnū ⁊ multa. ⁊ ꝛriũ qō ſubdiuerſo ꝛtinet. Et ita oz ꝙ diuerſū diuidat ſz .v. ꝓdicamẽta ſicut ens ⁊ vnū. ¶ Deide cū dicit.

¶ Diuerſa vo ſpecie dicūt quecunq̄z eiuſ-

UVA. BHSC. IyR_086_1

dem generis existentia non sunt subalterna ⁊ quecunq; sub eodem genere existentia differentiam habent ⁊ q̃cũq; in substantia ꝺ̃rie tatem habent ⁊ ꝺ̃ria diuersa sunt specie ab ĩuicem: aut omnia aut dicta p̃mũ: ⁊ quozũcũque in finalis generis specie rationes diuerse: vt homo ⁊ equus indiuidua genere ⁊ rationes eorum diuerse ⁊ quecunq; in eadem substantia differentiam habent eadem vero specie oppositę bis dicta.

¶ Hic ostendit quot modis dicãt aliq̃ diuersa spẽ. Et ponit quinq; modos: quoz primus ẽ: qñ aliq̃ sunt ĩ eodẽ gñe ⁊ nõ sunt subalterna: sicut scia ⁊ albedo sub qualitate. Iz ñ ꝓra se diuidãt oppositis ꝺ̃rijs. Secũs est qñ sunt in eodẽ gñe. ⁊ diuidũtur ꝓtra ĩuicẽ p aliquã differẽtiã: siue differentie sint ꝺ̃rie siue non: vt bipes ⁊ q̃dripes. Tertius modus ẽ qñ sua subiecta hñt ꝺ̃rietatẽ vtpote q̃ diuidunt̃ per ꝺ̃rias ꝺ̃rias: siue ipsa sint ꝺ̃ria. vt albũ ⁊ nigz q̃ diuidũtur per ꝓgregatiuum ⁊ disgregatiuũ: siue nõ: vt bõ ⁊ asinus que diuiduntur p rõnale ⁊ irrõnale. Contraria.n.oz ee diuersa spẽ: vl oĩa vel illa q̃ principalr dicunt̃ ee ꝺ̃ria. Quartus modus ẽ qñ sunt diuerse spẽs vltẽ. i. spãlissime in aliquo gñe: vt bõ ⁊ equus. Ast agis enĩ ꝓprie dicuntur spẽ differre q̃ solũ spẽ differunt q̃z que spẽ ⁊ gñe. Quintus modus ẽ qñ aliqua ãccñtia sunt in eodẽ subo: ⁊ tamen differũt ad inuicẽ. eo q̃ impossibile ẽ plura accidentia vni⁹ spẽi in eodẽ subõ ee. Eadem vo spẽ dñr p oppositã ad p̃dcã. ¶ Lectio vndecima.

Lo.16 p Riora ⁊ posteriora dicũt q̃daz qui dem tanquam existente aliquo primo ⁊ principio in singulo genere aliud ꝓpinquius principio aliiquo determinato: aut simplr: aut natura: aut ad aliqnid: aut ad vbi: aut ab aliquibus.

p Postquam distinxit noĩa que significant ptes vni⁹. Hic distinguit noĩa significantia ordinẽ. s. prius ⁊ posteri⁹. Unũ.n.quẽdã ordinẽ iportat eo q̃ vni. ee ẽ p̃ncipium ee: vt supra dcm est. Et circa hoc duo facit. Primo assignat rõem cõem prioris ⁊ posterioris. Secõ distinguit diuersos modos prioris et posterioris ꝺ̃m cõez rõem ibi (Ut q̃ sunt ꝺ̃m locum) Dicit ergo p̃o q̃ significatio prioris dependet a significatione principij. nã principiũ in vno quoq; gñe est id qõ est primũ in genere illo. Pri⁹ aũt dr qõ ẽ ꝓpinquus alicui determinato principio. hmõi ãt ordo principij ⁊ ei⁹ quod ẽ p̃ncipio ꝓpinquũ põt attendi multipliciter. Aut.n.aliqd ẽ prim⁹ ⁊ primũ simplr fz nãz: sic pr ẽ prim⁹ filij. Aut ẽ prim⁹ ad aliqd. i. p ordinẽ ad aliquid extrinsecũ: sicut dr id qõ est ꝺ̃m se posterius est prius q̃tum ad aliquid. vel q̃tũ ad cognitõem vl perfectiõem vel dignitatẽ: vel aliquo tali mõ: vel ẽt dicitur aliqd ee prim⁹ ⁊ prius q̃tum ad vbi. aut ẽt aliquibus alijs modis. ¶¶ Deinde cum dicit

¶ At q̃ sũt ꝺ̃m locũ existendo, ꝓpinqui⁹ aut natura aliq̃ determinata loco: vt medio: aut vltimo: aut sicut euenit: quod vero remotius posterius.

¶ Distinguit modos diuersos quibus dr aliqꝺ pri⁹ ⁊ posterius. Et q: prius ⁊ posterius dñtur in ordine ad principium aliquod. principium autẽ est: vt supra dcm ẽ. quod ẽ primum in ee aut in fieri: aut in cognitione. Ideo pars ista diuiditur in ptes tres. In pma dicit: quomodo dr aliquid esse prius scõm motum ⁊ Lect.i. quãntitatẽ. Mã ordo in motu sequitur ordinẽ inq̃titate. Per prius enĩ ⁊ posterius in magnitudine ẽ pri⁹ ⁊ posterius motu: vt dr ĩ quarto pḥycoz. Secõ ostẽdit quõ aliquid dicitur prius altero in cognitione ibi (Alio vero modo) Tertio quomodo dr altero prius in eẽndo. i. ꝺ̃m nãm ibi (Alia vero secũdum naturã) Circa primũ duo facit. primo ostẽdit qũo aliqd sit prius ⁊ posterius secũdum quantitatem in rebus continuis. secũdo quomodo ĩ rebus discretis ibi (Alia fz ordinem) Et circa primũ ponit tres modos. Primus modus attendit scõm ordinem in loco: sicut aliqd dr esse prius scõm locum in hoc q̃ est ꝓpinquus alicui loco determinato: siue ille locus determinatus accipiatur vt medium in aliqua magnitudine siue vt extremũ. põt enĩ in ordine locali accipi vt principiũ cẽtrum mũdi ad quod feruntur grauia: vt sic ordinemus elementa: dicentes terrã ee primũ: aquã secundũ ⁊c. Et põt etiam accipi vt principiũ ẽt ipm celũ: vt si dicamus ignẽ ee primum: aerem secũdum. ⁊ sic deinceps. ꝓpinquitas aũt ad principium in loco quicqd sit illud potest ee duplr. vno modo ꝺ̃m ordinem naturalem: sicut aqua propinquior est medio naturaliter q̃z aer: aer vero propinquior extremo. s. celo. Alio modo (sicut euenit). i. secũdu q̃ ordinantur aliqua in loco a casu: vel a quacũq; cã p̃ter nãm: sicut in lapidibus suppositis ĩuicem in a cerno supremus est prior vno ordine ⁊ alio est prior ĩfimus: ⁊ sicut id qõ ẽ propĩquus p̃ncipia ẽ prius. ita q̃ remoti⁹ a principio est posterius.

¶ Alia ꝺ̃m tps alia nanq; re ipsa remotiora ab ipso nunc: vt in factis priora nanq; troica medis: q temotiora ab ipso nũc: alia affiniora ipsi nũc: vt in futuris. pus.n.qz ꝓpinquus nũc: ⁊ ipso nũc vt principio ⁊ primo vsi sũt.

¶ Secũs modus attẽdit ꝺ̃m ordinẽ tpis: qué põit ibi dicẽs. q̃ alia dicũt̃ ꝓra fz tps ⁊ diuersimode. Quedã nãq; dr priora eo q̃ sũt remotiora a pñti nũc: vt accidit (in factis). i. in ptẽritis. Bella.n.troiana dicũt̃ priora bellis medis ⁊ psicis qb⁹ xerses ⁊ rex persarũ ⁊ medoz grecia expugnauit qz remotiora sunt a pñti nũc. Quedã vo dicũt̃ priora qz sũt affiniora vel ꝓpinquiora ipsi nũc sic dr q̃ pri⁹ ẽ menelaus pyrrho qz ꝓpinqu⁹ alicui nũc pñti respcũ cui⁹ vtrũq; erat futurũ. Uidet̃ ãt hec lra falsa ee. qz vtrũq; erat ptẽritũ tempore Aristotelis quando hec sunt scripta. In greco ãt habetur q̃ prius est nemea phyton: q̃ qdẽ erant duo festa. quoz vnũ erat propĩquus illi nũc quo hec scripta sunt: cũ tñ vtrũq; esset futurũ. Ipsi aũt: q̃ in hoc vtimur ipso nunc vt p̃cipio ⁊ primo in tempore. qz per ꝓpinquitatem vel remotionem respectu eius dicimus aliqd esse prius vel posterius: ⁊ hoc necessarium ẽ dicere ꝺ̃m ponẽtes eternitatem tpis. Nõ enĩ potest accipi hac positione facta aliquod p̃ncipiũ in tempore nisi ab aliquo nunc: quod ẽ medium ꝓteriti ⁊ futuri: vt ex vtraq; pte tps ĩfinitũ ꝓcedat

¶ Alia ꝺ̃m motuz: ꝓpinquus enĩ primo moueti est prius: vt puer viro: principiũ aũt ⁊ id qõdam simplr est: alia ꝺ̃m potestatem excedens: n. potestate prius est: ⁊ qõ est potentius: tale vo est cuius ꝺ̃m preuoluntatem sequi est necesse alterum ⁊ posterius: qz non mouente illo non moueatur: ⁊ mouente moueatur: ⁊ est preuoluntas principium.

¶ Tertius modus ẽ scõm ordinẽ in motu. Et hoc primo ponit quãtũ ad naturalia: dicens q̃ aliq̃ dñr esse ꝓra secũdũ ordinẽ ĩ motu. Illud enĩ quod ẽ ꝓpĩquius p̃cipio moueri ẽ pri⁹. sicut puer ẽ pri⁹ viro. qz ẽ propinquior p̃cipio. s. generãti. Ex hoc ẽt prius dr per propin-

UVA. BHSC. IyR_086_1

quitatem ad aliquod principium. Jd. n. s. mouens ꝛ generās ē principium quodāmodo qualiter cūqꝫ sic ī loco accidebat: sed simplr ꝛ scōm nām. Scōo ponit hunc ordinem motus ēt in rebus voluntarijs dicens ꝙ quedā priora dicuntur scōm ptātem: sicuti boies qui sunt in potestatibus constituti. Jlle enim q excedit potestatē ꝛ qui ē potentior dicit esse prior. Et hic est ordo dignitatis. pꝫ autem ꝙ hic ordo etiam ē secundū motū: quia potentius ꝛ potestate excedens est scōm cuius prevoluntatem. i. ꝓpositum necesse ē seq aliquid quod est eo posterius in monēdo. ita. s. ꝙ nō mouente illo potentiori vel priori non moueatur posterius ꝛ mouente moueatur: sicut se hꝫ princeps in ciuitae. Nam ex eius imperio mouentur alij ad exequendum imperata. Eo vero non imperante nō mouentur. Et pꝫ ꝙ hoc ēt pr⁹ dī pp ꝓpīquitatē ad aliqō principiū. Mā prevolūtas. i. propositum imperātis. Hic accipitur vt prīcipiū cui ꝓpīquiores sūt: ꝛ per ꝓīs priores quos propositū ꝛ imperium princip is ad subditos defert. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Alia scōm ordinez: ꝛ ea sunt quecūqꝫ ad aliquid vnū determinatum distant scōm: rōnem: vt parastata: ꝛ tricōstata: ꝛ parauite vitis: hic enim qui sumitur illud medium principium: ergo ea priora dicūtur hoc modo.

¶ Ponit modum scōm ordinem in rebus discretis dicens ꝙ alia dicuntur priora scōm ordinem qui inuenitur in aliquibus rebus tantūmodo quodā ordie associatis sibi: non per continuitatem: vt precedentibus accidebat. Jlmō autem sunt que distant ab aliquo vno determinato scōm aliquā rōnem determinatam: vt parastata tricostata: parastata est prius tricostata Jlperastata dicitur ille qui stat iuxta aliquē puta regē Tricostata ār ē ille qui stat tertius ab eo. Unde alia .hꝫ prestans tertio stantē prius est. Jlpꝫ autē ꝙ alia rano distantie est distare vt scōz vel vt tertium. Et similiter parutate sunt priores vitis. Jn cordis enim ꝓpate dicuntur que sunt graues vite vero acute dicūtur: mediocres autē vocātur messe. Jlparauite ār dīr que sunt iuxta vitas messis propinquiores. Jlpatet etiam ꝙ hic dicitur ēt esse aliquid prius per ꝓpinquitatem ad aliquod principium. Sed differenter in vtroqꝫ ꝑdictorū exemplor: q: in illis. s. parastata ꝛ tricostata accipitur principium id quod est vex inicioz ꝛ extremum. s. ille qui est summus inter alios vl' vertex alioꝝ: vt rex vel aliquis alius talis. Sed ī cordis accipitur vt ꝑncipium medīū ꝛ media corda: que dī messa. Cui ꝓpinquiores dicūtur parauite: ꝛ per hoc ꝓres dicuntur vitis. Jsta ergo dicūtur priora p hūc modū. s. p ordinē quātitatis vel ꝓtinue vel discrete.

¶ Alio vo mō qō cognitiōe ē prius. vt simpliciter prius. Horū ār al'r ꝛ que scōm rōez ꝛ que scōm sensum. Nam scōm rōnem vlia priora: scōm aūt sensum singularia.

¶ Scōo ondit qūo aliquid dicitur prius altero in cognitione. Jllud aūt prius est cognitiōe quod ēt prius est simplr non scōm quid: sicut erat in loco. Naz res per sua principia cognoscitur. Sed cum cognitio sit duplex. s. intellectus vel rationis ꝛ sensus: aliter dicimus aliqua priora scōm rōnem: ꝛ aliter secūdū sensum. Jlponit autem tres modos scōm quos aliquid ē prius ratione siue cognitione intellectiua quorum primus est scōm ꝙ vlia sunt priora singularibus hꝫ cognitione sensitiua accidat econuerso. Jbi. n. singularia sunt priora. Rō enim ē vlium. Sensus aūt singularium. Unde sensus nō cognoscit vlia nisi per accidens ingtum cognoscit singularia de qb⁹ vlia predicātur. Cognoscit. n. hoiem ingtum cognoscit socratē qui ē hō. Cōtrario aūt intellect⁹ cognoscit socratez ingtum cognoscit hoiem. Semper autez quod est per se est prius eo quod est per accidens.

¶ Et scōm rōem accidēs toto prius: vt musicū musico hoie nō ē. n. rō tota sine pte: ꝛ nō ꝓtingit musicū esse nō existēte aliquo musico

¶ Scōm modum ponit dicens ꝙ scōm rōnem pr⁹ est accūs qꝫ totum. i. qꝫ compositū ex subō ꝛ accidente vt musicū qꝫ hō musicus: tota enim rō hois musici cognosci nō pōt sine rōne huius partis qō ē musicuz. Eodē mō quecūqꝫ alia simplicia sunt priora ꝭz rōez ꝓpositis: cū ī sēsu sit eꝰ. Mā sēsui pº ꝓposita offerūt.

¶ Amplius priora dicuntur priorum passiones: vt rectitudo leuitate: hoc. n. linee scōm se passio: illud vo supficiei: alia quidez sic dicuntur priora ꝛ posteriora.

¶ Tertiū modū ponit dicēs ꝙ priora dīr ēt ꝭz rōez passionis sicut rectitudo dī prior leuitate. Rectitudo .n. ē p se passio linee lēitas āt supficiei linea vo nāliē ē prior supficie. Scōm āt sensū accidit eꝰ. Mā prior est supficies linea: ꝛ passiōes cōpositoꝝ passionibus simplicium. Hec igitur dicūtur priora p hūc modū .s. p ordinē cognoscēdi. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Alia vo scōm naturā ꝛ scōm subām que cunqꝫ ꝓtingit esse sine alīs: ꝛ alia sint illis: non qz diuisione vsus est. Jlplato Et qm̄ eē multipl'r dicit. primum qdem subm̄ prius. pp qō subā prius. deinde al'r que sunt ptāte ꝛ perfectione: nā alia potestate priora: alia perfectione: vt scōm potestatem q̄dem dimidietas toto: ꝛ pars toto: ꝛ materia substātia scōm perfectionem vo posterius. nam⁹ dissoluta scōm perfectionem erunt

¶ Ponit modos quibus dicitur aliquid prius secūdum ordinē in essendo. Et circa hoc duo facit. primo ponit tres modos quibus dicitur aliqd esse prius in eēndo. Secūdo reducit eos ad vnum ibi (Et modo quodam) Dicit ergo primo ꝙ quedā dicuntur eē priora (scōm naturam ꝛ substantiā). i. scōm naturalem ordinem in eēndo ꝛ hoc triplr. Jlprimo rōe cōitatis aut dependentie scōm quod priora dicūtur que possunt esse sine alijs: ꝛ illa non possunt esse sine eis. Et hoc est prius a quo nō ꝙuertitur essendi ꝓsequentia. vt dicitur in predicamentis (Et hac diuisione). i. isto mō priorus ꝛ posteriorus contra alios diuisio vsus ē Jlplo Uolnit enim ꝙ pp hoc vniuersalia eēnt priora ī esse do qꝫ singularia ꝛ superficies qꝫ corpora ꝛ linee quā superficies ꝛ nnmerus qꝫ oīa alia. Scōs modus attenditur scōm ordinem subistantie ad accidens. Ens enim multipliciter dicit ꝛ nō vniuoce. oꝫ ꝙ oēs significationes entis reducantur ad vnam primaz secūdum qꝫ dicitur ens quod ē subm aliorum entiuz p se exīs. Et pp hoc primū subiectum dicitur esse ꝓpr⁹ Unde substantia prius est accidente. Tertius mōus attenditur scōm diuisionem entis in actum ꝛ potentiam. Nam vno modo dicitur aliquid esse prius secūdum potentiam: ꝛ alio modo scōz actū. Scōz potētiā qdē dimidiū rei ē prius re ipa ꝛ quelibet ps toto ꝛ mā (qꝫ subā. i. qꝫ forma) Jlhec. n. oīa sic ꝓparāt ad ea respectu quoꝝ sic dīr priora vt potētia ad actum. Scōm actū vo dīr pdcā eē posteriora. Mā predicta nō efficiūt ī actu nisi p dissolutiōem. Resoluto. n. toto ī ptes incipiūt ptes eē in actu. ¶ Deinde cū dic.

¶ Modo quodaz. Oia igit prius ꝛ posterius dicta scōm ea dicuntur: alia namqz generatiōez sine diuersis esse contingit: vt totū partibus: alia scōm corruptiōem: vt pars toto similiter autem ꝛ alia.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶ Concludit q̄ oēs mōi p̄ioris ⁊ posterioris possūt reduci ad hos vltimos modos ⁊ p̄cipue ad p̄m̄. put p̄i⁹ dī q̄ pōt eē sine alijs ⁊ nō econuerso. Quedā enīz pūt eē sine alijs ſz gñatiōem: p quē modū totū ē p̄i⁹ ptib⁹ qa q̄n tā totū gnātū ē: ptes nō sūt in actu sed in potētia. Quedā vō ptingit eē sine alijs ſm corruptionem: sicut ps sine toto. quādo ē tā totū corruptū ⁊ dissolutū in ptes. Et silr̄ ēt alij mōi p̄ioris ⁊ posterioris ad hūc modū reduci possūt. Cōstat. n. q̄ p̄ora nō dependēt a posterioribus sic econuerso. Unde oīa p̄iora aliquo mō possūt eē sine posterioribus ⁊ non econuerso.

¶ Lectio duodecima.

Xo. 17. Ostestas dicit quidem p̄ncipiū motus aut mutatiōis in diuerso inquantū diuersus: vt edificatiua potestas quē non existit in edificato. Sed ars medicinalis est potentia: ⁊ existit in sanato: sed nō inquantum sanatum est. ergo totaliter p̄ncipium p̄mutationis aut motus dicitur potestas indiuerso inquantum diuersum.

p Ostquā distinxit pbs noīa significātia ptes vnius. Hic incipit distinguere noīa significātia ptes entis. Et p̄mo ſz q̄ ens dīuidit p actū ⁊ potētiā. Scōo aut dīuidit ens in. x. p̄dicamēta ibi (Quātuz dī eē diuisibile) Circa p̄mū distinguit hoc nomē potētia vl̄ ptās. Nomē ät act⁹ ptermittit q: ei⁹ significatiōem sufficiēter explicare nō poterat nisi p̄i⁹ nā fore maz eēt mānifestata q̄ faciet in. vij. ⁊. viij. Uñ statiz in. ix°. silr̄ determinat de potētia ⁊ actu. Dīuidit ergo ps ista in ptes duas. In p̄ia ostendit quot modis dicit potētia. In secūda reducit oēs ad vnū p̄m̄ ibi (Que vō ſm potētiā) Circa p̄m̄ duo facit. ¶ Primo distinguit h° nomē potētia: secūdo h° nomē ipotētia ibi (Impotentia ät) Circa p̄m̄ duo facit. ¶ Primo ponit mōs potentie. Scōo mōs possibilis ibi (Dcā vō ptāte) ponit ergo ī p̄ia pte q̄tuoz modos potētie vl̄ potestatis Quoz p̄m⁹ ē q: potētia dī p̄m̄ mot⁹ ⁊ mutatiōis in alio inq̄ntū ē aliud. Est. n. q̄ddā p̄m̄ mot⁹ vl̄ mutatiōis ī eo q̄ mutat. ipa. ſ. mā vl̄ aliq̄ō p̄m̄ formale ad q̄ō ꝓsequtur mot⁹ sicut ad formā grauis vl̄ leuis sequtur mot⁹ sursū aut deorsuz. Sz h⁹ p̄m̄ nō pōt dici de potētia actiua ad quā ptīnet mot⁹ ille. Oē. n. quod mouet ab alio mouet. Neqz aliqd mouet seipm nisi p ptes inq̄ntū vna ps ei⁹ mouet aliā: vt pbat in. viij. phy. Mā igitur scōm q̄ ē p̄m̄ mot⁹ in eo in quo est nō ꝓprehēdit sub potētia actiua: sed magis sub passiua. Grauitas. n. ī terra nō ē p̄i⁹ vt moueat: ſz magis vt moueat. ¶ Potētia igit̄ actiua mot⁹ oz q̄ sit in alio ab eo q̄ mouet sic̄ edificatiua ptās nō ē ī edificato: ſz magis ī edificāte. Ars ät medicinalis q̄nis sit potētia actiua: q: per eaz medic⁹ curat ptīgit tñ q̄ sit ī aliquo sanato: nō inq̄ntū ē sanatū ſz p accidēs inq̄ntū accidit eidem eē medicū ⁊ sānatū. Sic igit̄ vl̄ loquē do ptās dī vno mō p̄i⁹ mutatiōis aut motus in alio inq̄ntū ē aliud. ¶ Scōm modū ponit ibi.

¶ Alia a diuerso inquantum diuersū. Nam ſm quam patiens patit̄ aliquid quādoque quidem si q̄cunq̄z pati sit possibile: dicim⁹ esse pati vt pati: quandoqz vō nō. scōm omnem passionem: sed si scōm excellentiorem.

¶ Dicens q̄ quodam alio mō dicit potestas dī p̄ncipiū motus vel mutatiōis ab altero inq̄ntū est aliud. Et hec ē potētia passiua secūdū quā patiēs aliqd patitur. Sic̄. n. oē agēs ⁊ mouēs aliud a se mouet ⁊ in aliud a se agit. ita oē patiēs ab alio patit̄: ⁊ oē motum ab alio mouet̄. Illud. n. p̄m̄ p q̄ō alicui cōpetit: vt moueat̄ vl̄ patiat̄ ab alio dī potētia passiua. Posse ät pati ab alio dī dupl̄r: aliqñ q̄dē q̄cqd sit illud q̄ō aliqd pōt pati dicim⁹ ipz eē posse ad aliud patiendū sine sit bonū sine malū. Aliqñ vō nō dī aliquid potens eo q̄ pōt pati aliq̄ō malū: ſz ex hoc q̄ pōt pati aliq̄ō excellētius sicut si aliquis pōt vinci nō dicim⁹ potentē: sed si aliquis pōt doceri vl̄ adiuuari dicim⁹ posse. Et hoc ió q: posse pati aliquē defectū q̄nq̄z attribuitur ipotētie: ⁊ posse nō pati idē attribuit potētie: vt infra dicet. Alia tñ. t. hz aliqñ ät nō ſm oēm passionē sz vtiqz ī ōrū q̄ō q̄dē sic dz itelligi. passio. n. dī cōiter ⁊ ppie cōiter q̄dē dicit pati quicqd recipit aliquam pfectiōem ab aliquo sicut itelligere dī quoddā pati: ppie ät pati dī quod recipit aliqd cū sui trāsmutatione ab eo quod ē ei nāle. Unde ⁊ talis passio dī esse abijciēs a subā. Hoc ät nō pōt fieri nisi p aliquod cōtrariū. Uñ qñ aliqd patit̄ ſm q̄ō ē ōrū sue nāe vl̄ cōditiōi ꝓp⁹ pati dī ſm q̄ō ēt egritudines passiones dīr. Qñ vō aliqs recipit id q̄ō ē ei ꝓueniēs ſz suā nāz: magis dī pfici quā pati. ¶ Tertū modū ponit ibi.

¶ Ampli⁹ alia bene hoc pficiendi aut ſm p̄uoluntatem: nam quandoqz solū, pgrediēntes aut dicentes nō bene vero: aut vt malue runt non dicimus posse dicere: aut vadere: similiter autem ⁊ in pati.

¶ Dicēs q̄ alia ptās dī que ē p̄n̄m faciēdi aliquid non quocūqz modo vz bene. aut scōm (p̄uoluntatē) idest secūdū q̄ hō disponit. Quādo enī aliq pgrediūtur vel loquūtur sed nō bene aut ſm quod volūt dicūtur n̄ posse loq aut pgredi. Et silr̄ est in pati. Dicitur. n. aliqd posse pati illō q̄ō bñ pōt pati: sic̄ dīr aliq ligna ꝓbustibilia: q: de facili ꝓburūt: ⁊ icōbustibilia q̄ nō p̄nt de facili ꝓburi. ¶ Quartū modū pōit ibi.

¶ Ampli⁹ quicunqz habit⁹ ſm quos impassibilia omnino: ⁊ immurabilia: aut non facile in peius mobilia potestates dicuntur: frangunt̄ autem ⁊ cōuertuntur: curuantur: omnino corrumpunt̄: nō p potentiam: sed p nō potentiam ⁊ alic⁹ ōfectiōem: impassibilia vō talium q̄ vir ⁊ paulatim patiuntur pp potentiam ⁊ posse aliquo modo habere

¶ Dicens q̄ etiā ptātes dicūtur oēs habitus sine forme vel dispōnes quibus aliqua dicuntur vel reddūtur cīo impassibilia vel īmobilia aut nō de facili mobilia in peius. Quod. n. in pei⁹ aliq̄ mutent̄ sic̄ q̄ frāgant̄ vel curuent̄ vel ꝓterātur. vl̄ q̄litercūqz corrumpātur nō inest corp⁹ p aliquā potētiam: ſz magis p ipotētiā ⁊ defectū alicui⁹ p̄ncipij quod corrumpenti resistere nō pōt. Nūq̄. n. corrūpit aliquid nisi ꝓpter victoriā corrūpētis sup: a ipz. Qō q̄dē ptingit ex debilitate ꝓprie vīrtis. Illis vō q̄ nō p̄nt tales defect⁹ pati aut vir ant paulatim. i. tarde vel modicū patiūtur: accidit eis pp potētiā: ⁊ in eo q̄ hūt aliquo mō posse. i. cū q̄dā pfectiōe. vt nō superēt a ōrijs. Et per hunc modū dī ī p̄dicamētis q̄ dux vl̄ sanatiuum signific at potētiā nāle nō patiēdi a corrūpentib⁹. Mollē aūt ⁊ egrotantū ipotentiā. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicta vō potestate totiens: ⁊ posse dicet vno quidem mō qō hz mot⁹ p̄ncipium aut mutatōis: ⁊. n. statiuum possibile q̄dam in diuerso inquantum est diuersum. Alio vero mō si q̄dem ab eo aliō potestatem hz talem

¶ Ponit modos possibilis cōuūdentes p̄dictis modis ptātis. prio ät mō ptātis rūdent duo modi possibilis. scōz ptātē. n. actiuā aliqd dī potēs agere dupl̄r Uno mō q: ipse p se ipz agit īmediate. Alio mō quia agit mediāte altero cui potētiā suam cōicat sicut rex agit p ballīuū. Dē ergo q̄ cū potētia tot mōjs dicat:

UVA. BHSC. IyR_086_1

possibile ēt ⁊ potēs plurib⁹ modis dicetur: vno qdez mō qō hz prin^m a cuiꝰ mutationis in seipso(sic sta/tuum vl' sistitiuꝰ).i.id qō facit aliud stare dī eē po/tens ad sistendū aliqd aliud diuersum ab eo. Alio vo mō qñ ipsa non īmediate opatur: sed aliud hz ab eo talē potestatem: vt possit immediate agere.

¶Alio si hz pmutari ī quolibet scōz ptātez siue ī peius: siue ī meli⁹ eteni corruptibile vl' ⁊ posse corrūpi: aut nō corrūpi si sit īpossibi/le: nūc ät quādā dispōez hz ⁊ cāz: ⁊ talis pas/sionis pncipiū aliqñ qdez p habere aliqd vi/deē aliqñ p priuari tale esse. Sz si ꝑuatio est hit⁹ aliquo mō ī habendo oia erat aliquid: ens vo dcm equoce. Quare habere priuati/onez: aliquā ⁊ pncipiū est pōe hmōi habe/re priuatiōem si cōtingit habere priuatiōem.

¶Scōo ponit scām modū rndēt. 2^oo potēte. i. po/tētie passiue dicēs q alio mō a ꝑdicto dī pōe siue po tens qō pōt mutari in aliqd qcqd sit illud. s. siue pos/sit mutari in pei⁹ siue ī meli⁹. Et fm hoc aliqd dī cor/ruptibile: qz pōi corrūpi qō ē in pei⁹ mutari vel non corruptibile: qz pōt non corrūpi si sit īpōe illud ipsuꝫ corrūpi. Opz ät illud qō ē pōe ad aliqd patiendū ha bere ī se qndā dispōem q̄ sit cā ⁊ pn^m talis passionis. Et illud pn^m vocat potētia passiua. ¶Prim^m ät passio ms pōt meē alicui duplr passibili. Uno mō p hoc hēt aliqd sicut hō ē possibilis pati infirmitatē pp abūdan tiā alic⁹ inordinati humoris in ipo. Alio vo mō ē ali qd potēs pati p hoc q primat aliquo qō poss⁹et repu/gnare passioni sicut si hō dicat potēs īfirmari pp sub/tractiōem fortitudinis ⁊ vtutis nālis. Et hec duo oz eē in quolz potēte pati. Nūq̄z. n. aliquid pateret nisi eēt in eo subm qō eēt receptiuū dispōis vl' forme q̄ p passionē īducit: ⁊ nisi eēt debilitas virtutis ī patiente ad resistēdū actioni agētis. ¶Di. n. duo mōi pncipij pa tiendi pōt reduci in vnū: qz pōt priuatio significari vt hit⁹. Et sic sequeē q priuari sit hre priuatiōem. Et ita vterqz modus erit ī aliqd hēndo. Qō ät ꝑuatio pos/sit significare vt hit⁹ ⁊ vt aliqd hītū ex hoc contigit q ens equoce dī. Et fm vnū modū ⁊ primatio ⁊ negō dī ens vt hituz ē ī prin^o q̄rti. Et sic segē q ēt negatio ⁊ priuatio pōt significari vt hit⁹. Et iō possumus vl' die q aliqd possibile sit pati pp hoc q hēt in se quen dam hitum ⁊ quoddā pncipiū passionis: cū ēt ꝑua/ri sit hēre aliqd si contingat priuatiōem hēre.

¶Alio ī nō habendo ipsi⁹ ptātem aut pn/cipium in alio inquātum est aliud corruptū:

¶Tertiū modū pōit ibi. Et rndēt q̄rto mō potētie se cūdū q potētia dicebat ineē alicui qō nō pōt corrū pi vel ī pi⁹ mutari. Dicit g^o q alio mō dī possibile vel potēs ineē tū nō hz ptātem vel prin^m aliquod ad hoc quod corrūpēē. Et hoc dico ab alio ineē tum ē ali ud: qz fm hoc aliqd dī potens ⁊ virtuos⁹ um q ab ex terioꝛi vinci non pōt vt corrumpatur.

¶Ampli⁹ ät ea oia aut ex solo accidere fie/ri: aut nō fieri aut bene. Mā in inaiatis est ta lis ptās vt in organis: alia enim dicunt posse sonare lyrā. alia nō si est nō bene sonans.

¶Quartū modū pōit ibi rndet. 3^oo potētie scōz quē dicebat potētia ad bñ agēdū vl' patiēdū. dicē g^o fz pre dictos mōs q pnēt ad agēdū vel patiēdū pōt dici ali qd potēs vl' ex eo solū q aliqd accidit fieri vel nō fie/ri: vel ex eo q accidit ēt bene fieri. Sicut ēt dī potens agere: qz pōt bene ⁊ facilē agere: vl' qz pōt agere sim plr. Et silr potens pati ⁊ corrūpi quia ō facili hoc pa ti pōt. Et iste modus ptātis ēt inuenit in reb⁹ inaiatis. (Ut in organis).i. in lyra musicis instrumentis. Dī enī q̄ aliq̄ lyra pōt sonare qz bñ sonat: alia nō potest sonare qz non bene sonat. ¶Deinee cum dicit.

¶In potentia ät est priuatio potentte ⁊ ta/lis pncipii sublatio q̄dā q̄lis dicta ē aut oio aut aptonato aut quando aptū natuz est iam habere. Non enim silr dicuntur impossibile generare puerum ⁊ virum ⁊ eunuchuz.

¶Ondit quot mōis dī īpotētia. Et circa hoc duo fa cit. Primo distīguit hoc nomē īpotētia. Scōo hoc nomē īpoē. ibi(impossibilia vo) Circa primuz duo facit. primo. n. ondit cōem rōnem huius nōis impo/tentia. Scōo ostēdit q mōis dī ibi(Amplius autē) Dicit ergo pmo q īpotētia ē priuatio potētie. Ad ra/tiōem ät priuatiōis duo regrūt quoꝝ primū ē remo/tio hītus oppositi. Id ät quod opponit īpotētie ē po/tentia. Unde cū potētia sit quoddā pncipiū īpotētia erit sublato qdē talis pncipij q̄lis dcā ē eē potētia. 2^m ē q regrit q priuatio ppie dcā sit circa determinatuz subm ⁊ determinatū tps. Improe ät sumit absqz ō terminatiōe subiecti ⁊ tpis. Non. n. cecū ppie dī ni si qō ē aptū natū hre visū. ⁊ qñ ē natū hre visū. Im potētia ät sic dcā dicit remotiōem potentie(aut oio) .i. vl' vt. s. ois remotio potētie īpotētia dicat: siue sit aptū natū hre sine nō: aut dī remotio potentie in eo q ē aptū natū hre q̄ncūqz aut solū tūc qñ aptū natuz ē hre. Mō. n. simplr accipit īpotētia cū dicun^o puez nō posse gnare ⁊ eū q ē vir ⁊ eunuch⁹ simul. ¶Puer .n. dī īpotēs gnare qz subm ē aptū ad gnandū: nō tñ p illo tpe. Uir ät eunuch⁹ dī īpotēs ad gnandū qz p illo tpe eēt qdē apt⁹: nō tñ pōt qz caret pncipijs acti nis gnatiōis. Uñ ß magis saluat rō ꝑuatiōis. Mu/lus ät vl' lapis dī īpotēs ad gnandū: qz nō ꝑt nec ēt hz aptitudinē in subo exīte. ¶Deinde cum dicit.

¶Ampli⁹ ät scōz potētiā vtraqz est īpoten tia opposita solū mobili ⁊ bene mobili.

¶Dat itelligē īpotētie mōs p oppositū ad mōs potē tie. Sic. n. potētia ē duplex. s. actiua ⁊ passiua ⁊ iteruz vtraqz aut ad agēdū ⁊ patiēdū simplr: aut ad bñ agē dū ⁊ patiēdū. ita fm vtrāqz potētiā ē īpotētia oppos ta. Et solū mobili ⁊ bñ īmobili. i. potētie actie q̄ ē ad mouēdū simplr vl' bñ mouēdū ⁊ potētie passiue q̄ ē ad moueri simplr vl' bñ moueri. ¶Deinde cū dic.

¶Impossibilia vero aut scōm īpotentiam eā dicūt: aut alio mō: vt possibile ⁊ īpossibi/le: īpossibile qdem cui⁹ ꝯriū de necessitate est vez: vt diametrū cōmensurabilem esse ī/possibile: qz falsū tale cui⁹ ꝯriū nō solū vez: sz ⁊ necesse nō ꝯmēsurabilem esse. ergo ꝯmē surabile nō solū falsū: sz ex necessitate falsuz.

¶Ondit quot mōis dī possibile. Et circa h^o duo facē primo distīguit modos īpossibilis. Scōo reduc oēs modos īpossibilis ⁊ īpossibilis ad vnū. ibi (Que vo scōm) Circa pri^m tria facit. primo dicit q vno modo dīr aliq̄ impossibilia fm q hēnt impotētiā predictaz q̄ opponit potētie. Et h^oi modus ī quattuoꝛ diuidit sic ⁊ impotētia. Scōo ibi(Alia alio mō) ponit aliū modū qno dīr aliq̄ īpossibilia nō pp ꝑuationē alic⁹ potentie: sed ppter repugātiam terminoꝝ ī ppoſi/tiōib⁹. Cū. n. posse dicat in ordine alī eē: sicut ens dī nō solū q ē in rez nā: sz fm cōpōnem ꝓpōnis ꝓout ē in ea vez vel falsum: ita possibile ⁊ impossibile dī nō solū pp potētiā vl' īpotētiā rei: sed pp veritatem ⁊ falsitatē ꝓpōnis vel diuisionis in ꝓpōnibus. Uñ im/possibile dī cui⁹ ꝯriū ē vez de necessitate: vt diame/truz q̄drati eē ꝯmēsurabilē ei⁹ lateri ē impossibile. q: hoc ē tale falsum cui⁹ ꝯriū nō solū ē vez: sed ēt necel sariū: qō ē nō ꝯmensurabile eē. Et ppter hoc eē con mensurabile ē falsuz de neēitate ⁊ hoc ē impossibile.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶ Contrariū vero huic possibile: quādo nō necesse est contrariuz falsū esse: vt sedere hominem possibile: non enī ex necessitate nō sedere falsum ergo possibile ⁊ vno modo sic dictum est qđ nō ex necessitate falsum significat. alio vero verum esse: alio contingens verum iam.

¶ Tertio ibi manifestat qđ sit possibile oppositū impossibile scđo mō dcō: impossibile enim opponitur possibili scđo modo dicto. sicut dcm ē. Dicit ergo ꝙ possibile cōtrarium huic scđo impossibili ē cuius cōtrariū de necessitate ē falsum sicut sedere hoiez ē possibile: qz nō sedere qđ ē eius oppositū non ē de necessitate falsum. Ex q̄ pz ꝙ ille modus possibilis in tres mōs dividitur. Dicit enī vno mō possibile qđ falsū ē sed non ex necessitate. Sicut hoiem sedere duz mō sedet: qz ei⁹ oppoz nō ē vez ex necēcitate. Alio nō dicitur possibile qđ ē vez sed nō de necessitate: quia ei⁹ oppositū nō ē falsum de necēcitate: sed sortez sedere dū sedet. tertio modo dī possibile qz ls nō sit vez tū contingit in pño vez ee. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Scđm metaphoram autez que in geometria dicitur potentia: hec qdem igitur possibilia non secūdum potentiam.

¶ Oñdit quo potentia sumatur metaphorice. ⁊ dicit ꝙ in gēometria dī potentia scđm metaphorā. ¶ Potentia enī linee: geometria dī q̄dratū: linee per hanc silitudinē: qz sicut ex eo ꝙ est in potentia fit illud qđ ē in actu: ita ex ductu alicui⁹ linee in se ipsam: resultat q̄dratū ipsius. Sicut si diceremus ꝙ ternarius pōt ī nouenarium qz nouenarius ꝓsurgit ex ductu ternarij inseipm. Nam ter tria sunt nouem. Sicut aūt impossibile scđo mō acceptū nō dī scđm aliquā impotētiā ita ⁊ modi possibilis vltimo positi nō dīt scđm aliquā potentiā: sed scđm silitudinem vel scđm moduz veri ⁊ falsi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que vero scđm potentiam oia reducunt ad primā vnam: ⁊ ea est principiū mutatōis in alio inquātum aliud. Alia nanqz dicūtur possibilia: hec quidem eorum in habēdo ad aliquid talem potentiaz: illa vero in nō habēdo: alia in sic habendo: similiter autem ⁊ im possibilia: quare ꝓpria diffinito prime potentie erit principium permutationis in alio inquantum aliud.

¶ Reducit oēs mōs possibilis ⁊ impossibil: ad vnū pmū. Et dicē ꝙ possibilia q̄ dīr scđm potētiā oia dīr respectū ad vnā primā potētiā q̄ ē prima potētia actiua de q̄ supra dcm ē ꝙ ē pncipiū mutationis in alio ī quātum ē aliud. Mā oia alia possibilia dīr p respectuz ad istā potētiā. Aliqd. n. dī possibile per hoc ꝙ aliqd aliud hz potētiā actiuā in ipm: scđz qđ dī posse scđm potētiā passiuā. Quedā vero dīr possibilia in nō habēdo aliqd aliud talē potētiā in ipa sic q̄ dīr potentia qz nō pñt corūpi ab exteriorib⁹ agētib⁹. Quedā vo potētis (in sic habēdo. i. in hoc ꝙ hīt potētiā vt beneant facīr agāt vl patiāt. Et sic oia possibilia q̄ dīr pz aliqs potētiā reducūt ad vnā primā potētiā. ita oia ī possibiliaq̄ dīr scđz aliquā ipotētiā reducūt ad vnā pmā ipotētiā q̄ ē opposita prie potētie. ¶ Pz igit ꝙ ꝓpria diffinito potētie primo mō dicte ē principiuz p mutatiōis ī alio inq̄tū ē aliud qđ ē rō potētie actiue.

Lo.18. ¶ Lectio tertiadecima.

Quantū vero dicitur quod est diuisibile ī eis q̄ īsunt quorū vtrūqz aut singulū vnū qd: ⁊ bocaptū natū est.

Quoniam ens nō solū dīuidit in potētiā ⁊ actū: sed etiā in decez p̄dicamēta: postqz distīxit hoc nomen potētia: hic incipit distinguere noīa q̄ significāt p̄dicamēta. ⁊ primo nomē quātitatis. scđo nomen qualitatis ibi (Quale autē) Tertio distīguit modos ad aliquid ibi. (Ad aligd dīr). Alia vo predicamēta pterm ittit qz sunt determinata ad aliquod genus rerum naturaliū vt pz ꝑcipue de agere ⁊ pati: ⁊ de vbi ⁊ q̄n. Circa primā tria facit: primo ponit rōnem q̄ntitatis dicēs ꝙ q̄ntum dicitur qđ ē diuisibile in ea que insunt. Qđ qdē dī ad differentiā diuisionis mixtoz. Nam corpus mixtū resoluitur in elementa que non sūt actu ī mixto sed virtute tm̄. Unde non ē ibi tm̄ diuisio q̄ntatis sed opz ꝙ adsit aliq̄ alterius per quā mixtū resoluitur in elementa. Et iterū addit ꝙ vtrūqz aut singulū ē natuz ee (vnū aliquid) hoc est aligd demonstratū. Et hoc dicit ad remouēdum diuisionē in partes eētiales que sunt mā ⁊ forma. Nam neutrum eorum aptum natum est ee vnū aliquid per se. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Pluralitas ergo quantū quid numerabile est: ⁊ mensura mensurabilis est. Dicitur autem pluralitas quidem quod est diuisibile potestatē in non continua: magnitudo aūt qđ in continua. Mensura vero alia in vnuz continuum longitudine. alia in duo latitudie alia in tria ꝓfunditate. Horum autem pluralitas quidem finita numerus: sed longitudo linea: latitudo superficies: ⁊ profūdū corp⁹.

¶ Secūdo ibi (pluralitas igitur). ¶ Ponit spēs quātitatis in ter quas prime sūt due. s. multitudo siue pluralitas: ⁊ magnitudo siue mensura. Utrūqz autē eorum hz rōnem quāti inq̄tuz multitudo numerabilis ē: ⁊ magnitudo ē mensurabilis. Mēsuratio enī ꝑtinet ad quantitatem. Diffinitur aut ē multitudo sic. Multitudo est quod ē diuisibile scđm potentiam in partes non continuas. magnitudo autem quod ē diuisibile in partes continuas. Quod quidē contīgit tripliciter. Et scđm hoc sunt tres spēs magnitudinis. Nam si sit diuisibile scđm vnam tm̄ dimensionem in partes continuas erit longitudo. Si aūtē in duas latitudo. Si aūtē in tres ꝓfunditas vlterius autē qđ pluralitas vel multitudo est finita dicitur numerus. Longitudo autē finita dicitur linea. Latitudo finita corpus. Si enim esset multitudo infinita nō eēt numerus: qz qđ infinitum est numerari non pōt. Similiter si esset longitudo infinita non esset linea. Linea enim est longitudo mensurabilis. Et ꝓpter hoc ī ratione linee ponitur ꝙ ei⁹ extremitatis sunt duo puncta. Simile est de superficie ⁊ corpore.

¶ Amplius autem dicūtur scđm se quanta alia secūdum accidens: vt linea quātum quidem scđm se: musicum vero scđm accidens.

¶ Tertio ibi (Distinguūt modos quātitatis). Et circa hoc tria facit. ¶ Primo distinguit quantū in id qđ ē quantum per se: sicut linea: ⁊ in id quod est quantuz per accidens sicut musicum.

¶ Eorū vero que sunt scđz se: alia scđz substantiā sūt vt linea quātū qdem. nā ī rōe qđ est dicente quātū quid existit. Alia passiones ⁊ habitus talis sunt substantie. vt multum paucum ⁊ productum ⁊ breue: ⁊ latum ⁊ strictū ⁊ profundū ⁊ humile ⁊ graue ⁊ leue: ⁊ alia talia. Sūt āt magnū ⁊ puū: ⁊ maiꝰ ⁊ minꝰ secūdū se ad inuicē dcā quāti passiones. scđm se

UVA. BHSC. IyR_086_1

tranferuntur ad alind ea nomina.

¶Secundo distinguit q̃tum per se q̃ q̃dez duplex ē. Quedā enim significātur per modū substātie ⁊ subi sicut linea vel supficies vl' numerus. Quolibet enim istoꝝ subāliter ē q̃tum: q: in diffinitione cuiuslibz ponitur q̃titas. Nam linea ē q̃litas ꝓtinua scōm lōgitudinez diuisibilis finita ⁊ similiter est de alijs. Quedam vero per se ꝓtinent ad genꝰ q̃titatis ⁊ significantur per modū habitus vl' passionis talis substantie. s. linee q̃ ē subāliter q̃titas vl' aliaꝝ similiuꝫ q̃titatū: sicut multū ⁊ paucū significantur vt passiones numeri ⁊ ꝓductum ⁊ breue vt passiones linee: ⁊ latū ⁊ strictum vt passiones supficiei: et ꝓfundū ⁊ humile sine altum vt passiones corꝑis: ⁊ similiter graue ⁊ leue ꝑm opinionē illoꝝ q dicebant multitudinem supficierum: vl' atomoꝝ esse cām granitatis in coꝓoꝝb⁹. paucitatē vero eorūdem cām leuitatis. Sed secūdū veritatem graue ⁊ leue non ꝓtinent ad q̃titatez: sed ad q̃litatem vt infra ponet. Et silr est de alijs talibus Quedam ēt sunt q̃ cōiter cuiuslibet q̃titatis cōtinue passiones sunt: sicut magū ⁊ parū: maius ⁊ minꝰ. siue hec dicātur ꝑm se. i. absolute: siue dicātur adinuicem. sicut aliqd dr̃ magnum ⁊ parū respectiue: sic ī predicamētis bētur. Ista āt noīa q̃ significant passiones q̃titatis per se transferunt ēt ad alia q̃ ad q̃titates. Dr̃ enim albedo magna ⁊ pua ⁊ alia huiusmōi. Sciēdum āt ē q̃ q̃titas iter alia accidentia ꝓpinqor ē sube. Unde qdā q̃titates esse subas putant. s. lineaz numez ⁊ supficiem ⁊ coꝓus. Nam sola q̃titas hēt diuisionem in ptes ꝓpas post subam. Albedo enī nō pōt diuidi: ⁊ per ꝙsequens nec intelligit idiuiduari nisi per subm̃. Et inde est q̃ in solo q̃titatis genē alique significātur vt subiecta: alia vt passiones.

¶Secundū accidens vero dictarum quantitatum alie fic dicuntur sicut dcm̃ est. q: mutum quantū est ⁊ album per esse quantum aliquid cui in sunt alia. vt motus ⁊ tempus. Et enim hec quanta quedam dicuntur ⁊ cōtinua: quia illa sunt diuisibilia quoꝝuꝫ sūt he passiones. Dico autem non quod motū sed quo motū est. nā per esse quātuꝫ illud. ⁊ motus est quantus tps vo ꝓ esse ipsuꝫ.

victoriaz toti⁹ exercit⁹ q̄ ē quoddā bonū cōmune ex singularib⁹ victorijs huius ⁊ illius. Et silr ars hedifi catiua ex cōpositiōe hoz lapidū ⁊ illoz puenit ad cō stitutionē totius domus. Et silr oz in speculatiuis ex his q̄ sunt notioza ipsi. s. adiscenti puenire oportet ad ea q̄ sunt nature nota q̄ etiaz fiunt vltimo ipsi adiscē ti nota. ¶Hoc aūt nō est ꝓpter hoc ꝙ illa q̄ sūt magis nota huic vel illi sint simplr magis nota qa illa q̄ sūt (singulis nota). i. quo adhuc ⁊ illiz ⁊ prima in co gnitione eoz sunt multotiēs debiliter nō secundū na turā. Et hoc ideo q: pauz vel nihil habēt de entitate. Secundū enī ꝙ aliqd est ens secundū hoc est cogno scibile. Sicut patet ꝙ accidētia ⁊ mot⁹ ⁊ priuatiōes parū aut nihil hūt de entitate: ⁊ tñ ista sūt magis no ta quo ad nos: quā subē rerū: quia sunt vicinioza sen su: cuz p se cadant sub sensu q̄si sensibilia ꝓpria vel cōmunia. Foꝛe autē subāles ꝙ accidens. Dicit autez (multotiēs) qa q̄doqz eadē sunt magis nota ⁊ quo ad naturaz ⁊ secunduz nos sicut in mathematicis q̄ abstrahunt a materia sensibili. Et ideo ibi semp ꝓce ditur a notioribus secundū naturā qa eadē sunt no tioza quo ad nos ⁊ tamē licet illa q̄ magis sunt nota quo ad nos sint debiliter nota secundū naturā: tñ ex huiusmōi male notis secundū naturā que tñ sūt ma gis noscibilia ipsi discenti: tēptandū est cognoscere il la q̄ sunt (oīno). i. vniuersaliter ⁊ pfecte cognoscibi lia: pcedentes ad ea cognoscenda per hec ipsa que sunt debiliter nota secundū se sicut iam dictum est.

¶Lectio tertia.

T primo dicemus quedā de eo lo
e **gice: qō est quod quid erat esse vnū quoqz quod dicitur secunduz. Nō enim est tibi eē: musicum. Non enim secun dum teipsum ē musicus quod ergo dicitur secundum teipsum.**

Postquam determiauit pbus o: dinē ꝓcedenti circa subās: hic incipit determiare de subīs sen sibilib⁹ sic̄ pdixerat. Et diuidit i duas ptes. In pria determiat de eēntia subātiaz sensibiliū ꝙ rō nes logicas ⁊ cōmunes. In scda ꝙ principia subārū sensibiliū in. viii. li. ibi. (Ex his igit̄ q̄ dicta sūt syllo gizare oportet). ¶Prima pars diuidit i duas. In pri ma ostēdit cuiusmodi sit eēntia substātiarū sensibiliū. In secnnda oñdit ꝙ huiusmōi eēntia habet rationez principij ⁊ cāe ibi (. Quod aūt oportet dicere). ¶Pri ma autē pars diuidit i partes duas. In prima deter minat de eēntia subārū sensibiliū. In scda oñdit vni uersalia nō esse subās rerum sensibiliū vt quidā dice bant ibi. (Quoniā vero de subā perscrutant). ¶Pria aūt pars diuidit in. d. In prima oñdit eiusmodi sit subā rerū sensibiliū. In scda ex qbus cōstituat̄ sicut ex qbus ibi. (Quoniā vero diffinitio rō est). ¶Pria diuidit in duas. In prima ingrit cuiusmōi sensibili um sit eēntia substantiaz. In secunda ingrit cām ge neratōis earū ibi. (Que vero sūt alia natura). ¶Pri ma diuidit in duas. In prima oñdit qd sit eēntia re rū sensibiliuz. In secunda q̄liter se hēat ad ipsa sensi bilia: vtrū scilicet vt idē vel vt diuersū ibi (. Utruz āt idē). ¶Prima diuidit in duas in pria oñdit qd est qō qd erat esse. Secundo quoz est ibi. (Quoniaz vero sunt ⁊ secundum alias.) Circa primum duo facit p/ mo remouet ab eo quod quid erat esse predicata per accidens. Secundo ea que predicantur per se sicut propie passiōes de subō ibi (. Neqz certū hoc ⁊c̄). Dicit ergo primo ꝙ de substantijs sensibilibus: pri mo dicendum est ⁊ ostendendum est in eis quod quid erat esse. Ideo primum dicemus de eo quod quid erat esse quedam logice. Sicut enim supza di cium est: hec scientia habet q̄ndam affinitatez cū lo gica pp vtriusqz cōmunitatem. Et ideo modus logi cus huic scīe ꝓprius est: ⁊ ab eo cōuenienter inci pit. ¶Magis aūt logice dicit se de eo quod qd est di cturum inquātū inuestigat quid sit qō quid erat esse ex modo predicandi. ¶Hoc enim ad logicum ꝓprie pertinet. ¶Hoc autē primo sciendum est de eo quod quid erit esse: Quod oportet ꝙ predicet̄ secundū se. Illa enim que predicantur de aliquo per accidens non pertinent ad quod quid erat esse illius. ¶Hoc enī intelligimus per quod qd erat esse alicui⁹: quod cō uenienter responderi pōt ad questionē de eo factam quod quid est. Cum autem de aliquo querimus qd est: non possumus cōuenienter respondere ea que in sunt ei p accidēs. Sicut cū queritur qd est homo nō potest responderi ꝙ sit albus vel sedens vl musicus Et ideo nihil eoz que predicant̄ per accidens de ali quo pertinent ad quod qd erat esse illius rei. Nō enī musicum esse est tibi esse. Sciendū autem est ꝙ in oībus sequētibus per hoc quod dicit hec esse vel hu ic esse intelligitur quod quid erat esse illius rei: sicut homini esse vel hominē esse intelligit id qō pertinet ad hoc quod quid est homo. Quod est autez musicū esse idest hoc ipsum quod quid est musicus non per tinet ad hoc quod qd est tu. Si enim queratur tu qd sis non potest respōderi ꝙ tu sis musicus. Et ideo se quitur ꝙ musicū esse non est tibi esse quia ea que per tinent ad quiditatem musici sunt extra quiditatem tu am: licet musicus de te predicetur ⁊ hoc ideo qa (tu non secundū te ipsum es musicus) idest qa musicum non predicatur de te p se: sed per accidens. Illud er go pertinet ad quod quid tui quod tu es secunduz te ipsum idest quia de te predicatur p se ⁊ non p acci dēs sicut de te predicatur p se homo animal substan tia rationale sensibile ⁊ alia huiusmodi que oīa perti nent ad qō quid est tui.

¶Deinde cum dicit.

¶Neqz ēt hoc eē: non enim qō ita secūduz se vt supficiei album: quia non ē supficiei eē album eē. At vero neqz quod ex vtrisqz su pficiei albe eē: quare quia adest ei hoc: in q̄ igitur non inerit ratione ipsum dicente ipsū: hec ratio eius quod quid erat esse singulis. Quare si supficiei albe eē est supficiei semp eē: albo ⁊ leui eē idem erit ⁊ vnum.

¶Excludit ab eo quod qd ē quod predicatur secun dum se sicut passiones de subiectis dicēs nz etiā hoc eē quod predicatur secundum se de aliquo ptinet ad hoc quod quid erat eē eius. ¶Predicatur. n. p se pas sio de ꝓprio subiecto sicut color de supficie. Non ta mē quod quid erat eē est ꝙ ita ineſt alicui secundū se sicut supficiei ineſt albū: q: nō supficiei eē ē albū eē. i. hoc ipsū qō quid ē supficies non ē quod quid ē albū. Alia. n. ē. quiditas supficiei ⁊ albedinis: ⁊ non soluz hoc quod ē esse album non est quod quid est superfi ciei: sed nec ipsum compositum ex vtrisqz. s. superfi ciei ⁊ albedine quod est esse superficiem albam vel esse superficiei albe. Quiditas. n. vel essentia superfi ciei albe non est quiditas vel essentia superficiei Et si queratur quare. Respōderi potest (quia hoc adest ei). i. quia cum dico superficiem albam dicitur aliqd quod adheret superficiei tanq̄ extrinsecum ⁊ non tā q̄ intrans essentiam eius Unde hoc tantum: quod est superficies alba non est de essentia superficiei. ¶Predicant̄ āt passiōes de ꝓprijs subiectis ea rōne: q: ꝓpria subā in eaz diffinitiōibus ponunt̄: sic̄ nasus ponit̄ in diffinitiōe simi ⁊ numerus i diffinitiōe pa ris. Quedā vero ita p̄dicant̄ p se: ꝙ subiecta in eoz

UVA. BHSC. IyR_086_1

diffinitiõibus nõ ponunt: sicut aĩal p se de hoĩe: nec hõ ponit in diffinitione animalis. Cum ergo ea q̃ p̃dicantur per accidẽs nõ ptineãt ad qd est: nec illa q̃ p̃dicanť p se i quoz diffinitionib⁹ ponunť subiecta: relinquit̃ qz illa ptineãt ad qõ qd ẽ q̃ ponunť pse: ⁊ tñ in eoz diffintiõibus nõ ponũtur subiecta. Et ideo ꝯcludit dicẽs qz hec erit rõ in singulis quod qd erat esse: in qua rõne (dicẽte ipsuz) .i. describente p̃dicatuz (nõ merit ipsuz) .i. subiectuz sicut i rõne aĩalis ñ ineſt hõ. Uñ aĩal ptinet ad qõ quid ẽ hõ. Probat ãt deducẽdo ad inconuenies qz ea q̃ p̃dicãtur p se de aliquo sicuti ppria passio de subiecto nõ ptineant ad qõ quid ẽ. Lõtingit. n. de eodẽ subõ plures passiões diuersas p se p̃dicari: sicut p se p̃dicatur ppria passio: coloratuz ⁊ asperuz ⁊ lene que sunt passiões supficiei. Eiusdẽ ãt rõnis est oĩa huiusmodi p̃dicata ad qõ qd ẽ subi ptinere. Ergo si albedo ptinet ad qõ quid ẽ supficiei: pari rõne ⁊ lenitas. Que ãt vni ⁊ eidẽ sunt eadẽ sibi inuicẽ sunt eadẽ (Quare si supficiei albã eẽ ẽ supficiei eẽ semp) .i. si semp ⁊ vniuersaliter hoc verũ ẽ qz qditas ppria passiõis sit idẽ cũ qditate pprij subi: sequtur qz albo eẽ ⁊ leui eẽ sit idẽ ⁊ vnũ. i. qz qditas albedinis ⁊ lenitas sit vna ⁊ eadẽ. Hoc ãt patet falsũ eẽ. Relinqt̃ ergo qz qõ qd erat eẽ ppria passionis ⁊ subi nõ est idẽ ⁊ vnũ. Co iz.

Deinde cum dicit.

Quoniã vero sũt ⁊ secũdũ alias categorias cõposita: est enĩ aliqd subiectũ cuiqz: vt q̃ztitati ⁊ q̃litati: ⁊ quãdoqz ⁊ vbi: ⁊ motui. Perscrutãdũ ergo si est rõ ipsius qd erat cuiusqz ipsorũ esse: ⁊ ineſt his ipsum qõ qd erat esse: vt albo homini qd erat albo homini sit itaqz nomẽ ipsi vestis qd est vesti esse.

Ingrit quoz sit qõ qd erat eẽ. Et p̃mo mouet questionẽ. Scõdo soluit eã ibi. (At vero scõm se dictoz) Dicit ergo p̃mo qz sũt quedã cõposita i alijs p̃dicamẽtis ⁊ nõ solũ in subã. Qõ qdẽ dicit pp hoc qz subãrũ sensibiliũ q̃ sũt cõposite qditatẽ ingrit Sicut. n. in subãtijs sensibilib⁹ cõpositis ẽ mã que subiicitur forme subãli ita ẽt alia p̃dicamẽta hñt suũ subiectũ. Et .n. aliqõ subñ vnicuiqz eoz sic q̃litati ⁊ q̃ztitati qñ ⁊ vbi ⁊ motui sub quo cõprehẽdit agere ⁊ pati. Uñ sicut quoddã cõpositũ ẽ ignis ex mã ⁊ forma subãli: ita ẽ quedã cõpositio ex substãtijs ⁊ accidẽtibus. Et iõ pscrutandũ ẽ cũ aliq̃ sit diffinitio subãrũ cõpositarũ ex formis ⁊ materiis: si ẽt cuiuscũqz istorũ cõpositoz ex accidẽtibus ⁊ subiectis (est rõ eius qõ qd erat esse) .i. dest si hñt diffinitionẽ que ẽ rõ significãs qõ qd erat eẽ Et itez si ẽ in eis (hoc ipsũ qõ qd erat esse) qõ significat diffinitio. i. si hñt aliquã quiditatẽ sine aliqd qõ põt responderi ad qd. Sicut hoc ipsũ qõ est alb⁹ hõ est quoddã cõpositũ ex subiecto ⁊ accidẽte: vtruz scilicet albo homini sit qõ qd erat eẽ ei inquãtũ huiusmõi. Et qz forte aliqs posset dicere qz albus hõ sunt due res ⁊ nõ vna: iõ subiũgit qz hoc ipsũ qõ dico albus hõ habeat vnuz nomẽ qõ cã exẽpli sit vestis. Et tũc q̃stio erit de isto vno scilicet de veste vtrũ habeat quod qd est: vt possimus dicere qd ẽ vestẽ esse. Tũc enĩ sicut hoc nomẽ hõ significat aliqd cõpositũ scilicet aĩal rõnale: ⁊ ita vestis significat aliqd cõposituz scilicet hoiem albũ. Et ita sicut hõ hẽt diffinitionez: ita vestis poterit hẽre diffinitionem sicut videtur.

Deinde cum dicit.

Ut vero secũdũ se dictorũ nec hoc aut ipsuz nõ secundũ se dicit dupliciter: ⁊ hoc est aliqd: hoc qdez ex additione: illud vero nõ. Hoc qdem enĩ esse qõ ipsuz additur qõ diffinitur vt si albo esse diffinitiones dicat albi hois rationẽ: hoc aũt eo qz aliud ipsi: vt si significat vestis albũ hominẽ: diffiniat vestez: vt albũ albus: itaqz hõ est quid albũ: nõ tñ quod qd erat esse albo esse sed vesti eẽ: ergo est qõ qd erat esse aliqd aut totaliter: aut nõ qõ quidẽ ẽ quid erat eẽ est id qõ aliqd erat eẽ. Quãdo vero aliud dẽ alio dicitur: nõ ẽ quod qdẽ aliqd hoc aliqd: vt albus hõ: non est qz vere hoc aliqd: si quidẽ esse hoc substãtiis solũ iest. Quare qõ quid erat eẽ est quoruncũqz rõ est diffinitio. diffinitio vero est si nomẽ rationẽ idẽ significet. oĉs enĩ essent rõnes. termini erit nomẽ qõ cuilibet rationi idẽ. quare ⁊ ilias diffinitio erit. si primi alicuius fuerit, talia vero sũt quecũqz dicunť. non eo qz aliud de alio dicat. Non erit igit nulli generis spẽi existẽs qõ quid erat eẽ: sed his solũ: hec nanqz videnť secundũ pticipatiões dici ⁊ passionẽ: ⁊ vt accidẽs: sed rõ qdez erat cuiuslibet ⁊ aliorũ qd significat si est nomẽ: qz hoc huic ineſt aut p sermonẽ simplici certior. diffinitio vero nõ erit qõ qd erat esse.

Solut p̃dictã questionẽ. Et diuidit hec ps in duas ptes secundũ qõ duas ponit solutiões. Scõa ps incipit ibi. (Aut ẽ diffinitio sicut est) Dicit ergo p̃mo qz hoc ipsũ qõ dico albus hõ siue vestis q̃ hic ponit significare: nõ est aliqõ eoz q̃ dicunť secundũ se: immo ẽ aliquid eoz q̃ dicunť p accidẽs Hoc enĩ qõ est hõ albus est vnũ p accidẽs: ⁊ nõ p se: vt superi⁹ habitũ. Qõ aũt aliquid dicat alteri esse vnũ p accñs ⁊ nõ scõm se dr dupl'r alio. n. modo dr p accñs hõ est albus: ⁊ alio mõ albũ est hõ. Hoc enĩ aliud quidez est ex additiõe aliud vero nõ. In diffinitiõe. n. hois nõ est necessariũ qz addat diffinitio albi vel nomen eius In diffinitiõe vero albi necesse est qz ponat hõ vel nomẽ hois vel eius diffinitio: si hõ ppriũ subiectũ eius ẽ: vel aliqd aliud qõ est eius ppriũ subiectũ Et iõ ad hoc exponẽdũ subiũgit qz istoz duoz q̃ dicũtur nõ secũdũ se: vnũ adiungitur alteri: eo qz ipsũ accidẽs addit illi subiecto qõ i accidẽtis diffinitiõe ponitur cũ diffinitur. Sicut si aliquis diffiniat albũ oz qz dicat rationẽ hois albi qz oportet qz i diffinitione accidẽtis ponat subiectũ. Et tũc diffinitio cõplectit hoiem albũ. Et sic erit q̃si rõ hois albi ⁊ nõ albi tñ. Et hoc ẽ intelligendũ est vt dictũ ẽ si hõ sit ppriũ ⁊ p se subiectũ albi. Hoc ãt adiũgitur alteri p accñs nõ qz ipsũ ponat in diffinitiõe alterius: sed qz aliud appoĩtur ipsi i sua diffinitiõe sicut albũ adiũgit hoi per accidẽs: nõ qz ponat in diffinitõe hois: sed qz hõ ponitur in diffinitione eius. Unde si hoc nomen vestis significat hominem album: sicut positum est oportet qz ille q diffinit vestẽ eodẽ modo diffiniat vestẽ sicut diffinit albũ. Mã sicut in diffinitõe vestis oportet qz ponat ⁊ hõ ⁊ alb⁹: ita i diffinitõe albi oz qz ponat qz vtrũqz Itaqz ex dictis patet qz albũ predicat de homine albo. Hec. n. ẽ vera alb⁹ hõ ẽ alb⁹: ⁊ econtrario tũ hoc ipsuz qz est albũ esse hoiem non qõ qd erat eẽ albo: sed nz vesti que significat cõpositũ hoc qõ ẽ albus hõ vt dictũ est. Sic igitur pz qz nõ põt esse idez qõ qd erat esse eius qõ est albũ ⁊ ei⁹ qõ est alb⁹ hõ siue vestis p hoc qz ẽ albũ. Et si p̃dicat de albo hoie nõ tñ est qõ qd est esse eius. Itẽ pz qz si albũ hẽt qõ qd erat eẽ nõ habet aliã q̃ illã q̃ est albi hois: qz cuz in diffinitiõe accñtis ponat subiectuz oportet qz hoc

UVA. BHSC. IyR_086_1

mō diffiniat albū sicut albus hō vt dictū est. Et hoc sic patet q: hoc ꝙ ē albū nō habet qō qd erat esse ꝫ soluz hoc de quo dicit. s. hō vel hō albus: ⁊ hoc est qō dicit. (Ergo est qō quid ēe aliquid totaliter aut nō) id est ergo ex ꝓdictis sequit ꝙ quid erat ēe non est nisi ei⁹ qō est aliqd siue illud aliqd sit totaliter. i. cōpositū vt hō albus siue nō totaliter vt hō. Albū āt nō significat aliqd sed quale ⁊ id qō qd erat ēe nō est nisi eius qō est aliqd Et hoc patet ꝙ qdez quid erat esse est aliqd. Ēē. n. qd significat esse aliqd. Ūñ illa q̄ nō significant aliqd nō habent qō quid erat ēe. Sed qñ aliquid de aliquo dī vt accidēs de subiecto: nō ē hoc aliquid: sicut cū dico hō ē albus nō significat ꝙ sit hoc aliqd sed ꝙ sit q̄le. Esse enī hoc aliqd cōuenit solū substātijs Et ita patet ꝙ albū ⁊ similia nō possūt habere qō qd erat ēe. Sed ga aliqs posset dicere ꝙ sicut iueniunt alique rōnes noīum significantium subāz: ita iueniunt alique rōnes nominū significantiū accidētia: ideo cōcludit ꝙ qō qd erat ēe nō est omnium que hēnt qualēcunqz rōnez notificantē nomen sed eoꝝ solum quoꝝ ratio est diffinitio. ¶Ratio aūt alicui⁹ diffinitua nō est ñ solū sit talis rō que significat idem cū noīe: sicut hoc qō dico armigerēs significat idē cum armigero: ga sic sequeret ꝙ oēs rōnes essent (termini) id est diffinitiones. ¶Dōt. n. poni cuilibet rōni nomē sicut pōt poni huic rōni ꝙ est hō ambulās vel hō scribēs: nec tamē pp hec segtur ꝙ illa sint diffinitiones q: scōm hec segtur ꝙ etiā ilias. i. poema factū de bello troiano ēēt vna diffinitio. Est enī totū illud poema vna rō exponēs bellū troianū ¶Patet igr ꝙ nō quecūqz rō significans idē cū noīe ē: eius diffinitio: sed solū ē diffinitio si fuerit alicui⁹ prim. i. si significet aliqd per se dictū. Hoc. n. est. primū ī ꝓdicationibus qō ꝓ se ꝓdicat. Talia vero. s. prima sūt q̄cunqz ꝓdicant ꝓ se ⁊ nō ga aliud de alio dī. Sicut albū ꝓdicat de hoīe non ꝓ se q̄si sit idē qō albus ⁊ qō hō. Sed ꝓdicatur de se inuicē per accidēs. Aīal vero ꝓdicat de hoīe ꝓ se ⁊ similiter rōnale de aīali. Et ideo hoc ꝙ dico aīal rōnale ē diffinito hois. Sic ergo qō qd erat esse nō erat alicui qō nō sit de numero specierū alicuius generis: Sed (solū his). i. solū specieb⁹. Spēs. n. sola diffinit cuz oīs diffinitio sit ex genere ⁊ differentijs. Illud aūt qō sub genere ponet ⁊ differē tijs cōstituit est spēs. Et ideo solius spēi ē diffinitio. Sole. n. spēs videtur dici nō scōm participationē ⁊ passionē nec vt accidēs. In quo remouet tria que videtur impedire ꝙ aliqd nō diffiniat per aliqō genus. ¶Primo nāqz eadē de qbus genus ꝓdicatur scōz participationē nō possunt diffiniri per illud gen⁹ cū illō genus nō sit de essentia illius diffiniti. Sicut ferrum ignitū de quo ignis ꝓ participationē ꝓdicatur nō diffinit ꝓ ignē sicut per genus: ga ferrū nō est ꝓ essentiā suā ignis: sed ptcipat aliqd eius Genus aūt nō predicatur de speciebus ꝓ participatiōnē sed ꝓ eētiā. Homo. n. ē aī essentialiter nō solum aliqd aīalis participans. Homo enī est qō verum est aīal. Item subiecta ꝓdicantur de ꝓprijs passionibus sicut nasus ō simo ⁊ tñ essentia nasi non est essentia simi. Spēs enī non se habent ad genus sicut ꝓpria generis passio: sed sicut id qō est per essentiā idē generi. ¶Potest etiā albū predicari de hoīe per accidēs: nec essentia hois est essentia albi: sicut essentia generis est eētia spēi. Unde videt ꝙ sola rō speciei q̄ ex genere ⁊ differentijs cōstituit sit diffinitio. Sed in aliys quidē si est eis nomē positū pōt esse rō declarās. qd significat nomē Quod qdem cōtingit dupliciter. Uno mō sicut quādo nomē minus notū manifestatur ꝓ magis notū qō dat̄ ꝓ ꝓdicatur vt si hoc nomē philosophia notificet aūt huic inest) scilicet quādo rō exponēs nomē accipit ab aliquo noīe notiori quod ꝓdicat de ea. Alio mō quādo accipit ad expositionē nois simplicis aliqua oratio notior: sicut si ad exponendum hoc nomen philosophus accipit hec oratio amator sapientie. Et hoc est qō dicit. (Aut ꝓ sermone simplici) qua si ad cōpositionē huius simplici dictiōis certior oratio accipitur. Tamē talis ratio nō erit diffinitio nec id qō per eam significat erit quod quid erat esse.

a **Ut ⁊ diffintio sicut ⁊ quod quid est multipliciter dicitur: eniz qō qd est vno mō significat substantiā: ⁊ hoc aliqd. Alio vero mō quodcūqz ꝓdicamentorum quātitatē ⁊ qualitatē: ⁊ alia quecunqz talia: sicut enim ens existit in omnibus: sed non similiter: sed hoc primū: illud vero consequenter. ita ⁊ quod qd est simpliciter qdez substantie: alio vero mō aliis. etenim qualitatē dicimus vtiqz quid est. Quare ⁊ qualitas eorū que qd est sed nō simpliciter: sed sicut de nō ente: logice dicunt quidaz nō ens: non simpliciter: sed nō ens sic ⁊ qualitatez.**

¶Lectio quarta.

b **Jc ponit** ponit secundā solutionē ꝓpositе q̄stionis. Et circa hoc tria facit. ¶Dicio ponit solutionē. Secundo ꝓbat eā ibi. (Illud autē palā ⁊ c.) Tertio remouet quasdā dubitatiōes que possent ex ꝓdictis oriri ibi. (Habet aūt dubitationē.) Circa primū duo facit. ¶Primo ostendit qūo diffinitio ⁊ qō quid est inuenit in subā ⁊ accidētibus. Scōo qūo de vtriqz ꝓdicetur ibi (Oz igit intendere). Dicit ergo primo ꝙ dicendū est sicut in predicta solutione est dictū ꝙ qō quid est ⁊ diffinitio nō sit accidentiū sed subāruz aut oportet secundū aliam modū solvendi dicere ꝙ diffinitio dicit multipliciter sicut ⁊ qō qd est. Ipsuz enīz qō qd est vno modo significat substantiā ⁊ hoc aliquid. Alio mō significat singula alioꝝ predicamētoꝝ sicut qualitatem ⁊ quātitatē ⁊ alia huiusmōi talia. Sicut aūt ens predicatur de oībus predicamētis: nō aūt similiter sed primū de subā ⁊ per posterius de aliis ꝓdicamentis ita ⁊ qdem simpliciter cōuenit subē (aliis āt alio modo). i. scōm qd. Quod. n. aliq modo. i. secundū quid aliis cōueniat qd est ex hoc patet ꝙ in singulis ꝓdicamentis rīdetur aliqd ad questionē factam per qd interrogamus. n. de quali sive qualitate qd ē: sicut qd est albedo: ⁊ respondemus ꝙ est color. Unde patet ꝙ qualitas est de numero eoꝝ in qbus ē qō quid est. Nō tamē simpliciter in qualitate est quid ē: sed quid ē qualitatis. Cū. n. quero qd est homo ⁊ respondetur aīal ly animal quia est in genere subē nō solū dicit quid est hō: sed etiā absolute significat qd idest substantiā. Sed cuz queritur quid ē albedo ⁊ respondetur color licet significet quid est albedo nō tñ absolute significat qd: sed quale. Et iō qualitas non habet quid simpliciter: sed secundū quid. Inuenitur enī ī qualitate quid huiusmodi. Ut cū dicimus ꝙ color est quid albedinis. Et hoc quid magis est substātiale q̄z subā. ¶Propter hoc. n. ꝙ oīa alia ꝓdicamenta habēt rationē entis a subā: ideo modus entitatis substantie. s. esse qd participatur secundū quandā similitudinem proportionis ī oībus aliis predicamentis. Ut dicam⁹ ꝙ sicut aīal ē quid hois ita color albedinis: ⁊ numerus dualitatis. Et ita dicim⁹ q̄litatem hēre qd non simpliciter sed huius sicut aliq dicūt logice de non ente loquentes nō ens est: non ga nō ens sit simpliciter sed ga non ens est nō ens ⁊ simpliciter qualitas non habet quid simpliciter: sed quid qualitatis.

¶Deinde cum dicit.

UVA. BHSC. IyR_086_1

Co.15. ¶ Oportet quidem igitur intendere ⁊ quo modo oportet dicere circa vnūqō qz: non tamen magis q̄z quomodo habet. Quapropter ⁊ nunc qm̄ quod dicitur manifestum: ⁊ quod quid erat esse. Similiter inerit primū quidē ⁊ simpliciter substantie: deinde aliis quemadmodum quid est nō simpliciter qd erat esse: sed qualitati aut quātitati quid erat esse. Oportet enim aut equiuoce hoc dicere esse entia: aut addētes aut auferentes: quemadmodum ⁊ quod nō scibile scibile: quoniā hoc quidem rectum est: neqz equiuoce dicere: neqz eodem modo: sed quemadmodum medicinale: eo q̄ ad idem quidem ⁊ vnum: nō idem autem ⁊ vnū: non tamen neqz equiuoce nihil est medicatiuū cōpus ⁊ opus: ⁊ vas dicit: nec equiuoce nec secundū vnum: sed ad vnum. Hoc quidem igitur quocunque modo quis velit dicere: differt nihil.

¶ Ostēdit qūo quod qd est: ⁊ diffinitio p̄dicet de eo quod inuenitur i substantijs ⁊ accidētibus. Et dicit q̄ ex quo diffintio ⁊ qō qd est inuenitur aliquo mō i accidentibus ⁊ i subā: oportet igitur intendere ad considerādū quomodo oportet (dicere) ideſt p̄dicare diffinitionē circa singula: non tamen magis q̄z quomodo se hēnt: vt videlicet nō ea dicamus vniuoce p̄dicari quorū nō est vna ratio in essendo. Quapropter id quod dictū est de diffinitione: ⁊ qō quid est subā ⁊ accidentis est manifestū. ſ. q̄ quod qd erat esse primo ⁊ simpliciter inest substātie ⁊ cōsequenter alijs: non qdem ita q̄ in alijs sit simplr quod qd erat esse. Sed quod qd erat eē huic vel illi scilicet quātitati vl qualitati manifestū est enī q̄ oz diffinitionē ⁊ quod qd est vel equiuoce p̄dicari in substantia ⁊ accidētibus vel addentes ⁊ auferētes secundū magis ⁊ minus siue secundū prius ⁊ posterius: vt ens dī de substantia ⁊ accidēte. Et sicut dicimus q̄ nō scibile est scibile secundū qd ideſt per posterius: qa de non scibili hoc scire possumus q̄ nō scitur: sic ⁊ de nō ente hoc dicere possumus qa nō est. Non enī est rectuz q̄ quod qd est: ⁊ diffinitio dicatur de subſtātia ⁊ de accidētibus neqz equoce (neqz simpliciter) ideſt vniuoce: sed sicut medicabile dicit de diuersis pticularibus p respectū ad vnū ⁊ idē nō tamē significat vnuz ⁊ idē de oībus de q̄bus dicitur. Nec etiam dī equoce. Dicitur enī cōpus medicabile qa est subiectuz medicine: ⁊ opus medicabile: qa exercet a medicina vt purgatio: ⁊ vas medicinale qa eo vtit medicina: vt clistere. Et sic patet q̄ non dicit omnino equiuoce medicinale de his tribus cū in equocis non habeatur ad aliquod vnū. Nec iterū vniuoce dicit secundū vnam rationē. Non enī est eadē ratio secūdū quā dicit medicinale id quo vtit medicina ⁊ qō facit medicinam. Sed dicitur analogice per respectū ad vnum scilicet ad medicinā. Et similiter qō qd est ⁊ diffinitio non dicitur nec equoce nec vniuoce de substantia ⁊ accidente: sed p respectum ad vnū. Dicitur enī de accidēte in respectu ad substantiā: vt dictum est. Et qa posuerat duas solutiones: subiungit q̄ nihil differt qualitercunqz aliqs velit dicere de p̄missa questiōe: siue dicat q̄ accidētia nō habent diffinitionē siue q̄ habent sed per posterius secūdū qd. Quod tamē dicit in prima solutione q̄ non habent diffinitionē accidētia intelligit p prius ⁊ simpliciter.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem palam: qz quē primo ⁊ simpliciter diffinitio: ⁊ quod quid erat esse substantiarum est: ⁊ non solum: sed ⁊ aliorum similiter est: verum tamen non primo. Non enim est necesse sed hoc ponimus huius diffinitionez esse qō vtiqz rationē: idē significat sed cuidā rōni hoc ātē si vni⁹ fuerit non eo q̄ cōtinuū sicut Ilias: aut q̄cunqz colligatiōe. Sz si quotiēs dicit vnū. vnū vero dicit sicut ens: ens autem hoc qdem hoc aliquid: aliō vero quantitatem aliud qualitatez significat quapropter erit albi hois ratio ⁊ diffinitio: alio vero modo albi ⁊ substantie.

¶ Probat secundo positā solutionē dicens illud palā esse q̄ diffinitio ⁊ qō qd erat esse primo ⁊ simpliciter est subāruz non tm̄ solū est subāz cum etiā accidētia aliquo mō hēant diffinitionez: ⁊ quod qd erat esse: nō tamē primū. Et hoc sic patet. Non enī oīs ratio qua nomē per rationē exponit: idē est qō diffinitio: nec nomē exposituz per q̄cunqz rationē semper est diffinitū. sed alicui determinate rationi cōpetit q̄ sit diffinitio illi. ſ. que significat vnuz Si enī dicaz q̄ socr. est albus ⁊ muſicus ⁊ crispus ista ratio nō significat vnū sed multa: nisi forte per accidēs. Et ideo talis ratio nō est diffinitio. Non tamē sufficit q̄ sit vnū illud qō per rationē significatur ad hoc q̄ sit diffinitio. Sic enī (ilias) .i. poema de bello troiano eēt diffinitio: qa illud bellū in quadā cōtinuitate temporis est per actū. Aut etiā nō sufficit q̄ sit vnū per colligationē sicut hec ratio nō esset diffinitio Dom⁹: si dicerē q̄ dom⁹ est lapides ⁊ cementū ⁊ ligna. Sed tūc rō significās vnū erit diffinitio si significet vnum aliqō illoz mōz quoz quotiēs vnū p se dī. Unū enī dicit multipl'r sicut ⁊ ens. Ens autē hoc quidē significat hoc aliqd: aliud quantitatē: aliud q̄litatē ⁊ sic de alijs. Et tm̄ p prius subām ⁊ consequēter alia. Ergo similiter vnū p prius erit in subā ⁊ p posteriꝰ in alijs. Si igit ad rōnem diffiniti oīs p̄net q̄ significet vnū sequit q̄ erit rō albi hois diffinitio: qa albꝰ hō est quodāmō vnū Sed alio mō erit diffinitio rō albi ⁊ ratio substātie qz ratio substātie erit diffinitio per prius: ratio albi per posterius: sicut vnū per prius ⁊ posterius de vtroqz dicitur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Habet autez dubitationē si qs non dicit diffinitionem etiam ex additione rationē: cuius erit diffinitio ipsorum non simplicium: sed copulatorum: ex additione enīz necesse facere. Dicitur autez vt est nasus ⁊ concauitas ⁊ simitas ex duobus dictum. eo q̄ hoc i hoc vel aglū: ⁊ nō secundū accīs: nec concauitas: nec simitas passio nasi sed secunduz se: nec vt album Callie aut hōi: qa Callias albus: cui accidit hoiem esse: sed nō masculinū aīali ⁊ quantitati equale: ⁊ oīa quecunqz secundū se dicunt existere: hoc aūt in q̄buscunqz existit: aut ratio: aut nomen cuius hec passio: ⁊ nō contingit ostēdere sepatim: sicut albū sine hoīne contingit: sed nō femininū sine aīali: quare horū quod qd erat eē: ⁊ diffinitio aut nō est alicuius: aut si est: alicuius ē:

UVA. BHSC. IyR_086_1

quemadmodum diximus.

¶Remouet quasdaz dubitationis circa ꝓterminata ꝛ diuidit in duas scm duas dubitatiões qs remouet secuda ibi. (Est aũt ꝛ alia dubitatio.) ¶Prenominada aũt sunt duo ad euidentiã prime ptcule quoz primũ est: ꝙ quidã dicebant nullã diffinitionẽ esse (ex additione) idest ꝙ in nulla diffinitiõe ponit aliquid qõ sit extra essentiã diffiniti. Et videbant ꝓ se habere hoc ꝙ diffinitio significat essentiã rei. Unde illud qõ est extra essentiã rei: nõ debet poni in eius diffinitiõe: vt videt. Secundũ est ꝙ quedã accidentia sũt simplicia ꝛ quedã copulata. Simplicia dicũt que nõ hẽnt subiectũ determinatũ qõ in eoz diffinitiõe ponat: sicut curuz ꝛ concauz ꝛ alia mathematica. Copulata aũt dicunt que hẽnt determinatũ subiectũ sine quo diffiniri nõ ꝓsit. Est ergo dubitatio si aliqs velit dicere ꝙ rõ q̃ est ex additiõe non ẽ diffinitio illoz accidentiũ que sũt simplicia: sed copulatoz erit diffinitio. Videt enim ꝙ nullius eoꝝ possit esse diffinitio. ¶Palã est ergo ꝙ si illa diffiniũtur: necesse est eoꝝ diffinitionẽ ex additione facere cũ sine ꝓprijs subiectis diffiniri nõ possit. Sicut si accipiam⁹ hec tria. s. nasus ꝛ cõcauitas ꝛ simitas cõcauitas est simpliciter accidens precipue in cõparatiõe ad nasum: cũ nõ sit nasus de intellectu cõcaui. Simitas aũt est accidens cõpositũ cũ sit nasus de intellectu eius. Et ita simitas erit quoddã dictũ ex duobus. (Et inquãtũ) significat (hoc in hoc). i. determinatũ accidẽs in determiato subiecto: ꝛ nec cõcauitas nec simitas est passio nasi secundũ accidẽs sicut albũ inest Callie ꝛ homini ꝙ accidẽs: inquantũ Callias est albus cui accidit boiem esse. Sed simũ est passio nasi secũdũ se. Naso. n. in ⁊tũ huiusmõi cõpetit esse simũ. Alia autem translatio loco eius qõ est concauũ hẽt aquilũ. Et est planior sensus: qa in diffinitiõe aquili ponit nasus sicut in diffinitiõe simi. Sed sicut masculinũ per se cõpetit animali: ꝛ equale quãtitati ꝛ oia alia. quecũqz secundũ se dicunt existere in aliquo: qz de oibus est eadẽ ratio ꝛ huiusmodi sunt (in qbus). i. in quoz rõnibus existit nomen eius (cuius est passio). i. subiecti: aut ẽt ratio eius. Semp enim in diffinitionibus põt poni ratio loco nominis sicut si dicimus ꝙ hõ est aial rationale mortale põt repõi loco nois aialis diffinitio: vt dicatur ꝙ homo est subã aiata sensibilis rõnalis mortalis. Similiter si dicam ꝙ masculus est aial potens generare in alio: possum etiã dicere ꝙ masculus est subã aiata sensibilis potens generare in aliquo alio. Et sic patet ꝙ nõ cõtingit ꝑatim (ostẽdere). i. notificare aliqõ predictoz accidentiuz que diximus copulata: sicut contingit notificare albũ sine hoc ꝙ in eius diffinitiõe sine ratione ponat hõ. Sed nõ contingit ita notificare femininũ sine ali: qz oꝫ ꝙ aial ponat in diffinitione feminini sicut ꝛ in diffinitiõe masculini. Quare ꝑz ꝙ nõ est alicui⁹ predictoz accidentiũ compositoz qõ quid erat esse ꝛ diffinitio vera: si nulla diffinitio est ex additione sicut contingit in diffinitiõibus subãrum. Aut si est aliqua diffinitio eoꝝ: cũ non possit nisi ex additione diffiniri: aliter erit diffinitio eoz ⁊ subãz: quẽadmodũ diximus in solutiõe scda. Et sic in hac ꝯclusione finit solutionẽ dubitatiõis premisse. Nõ. n. dicebat ꝙ nulla diffinitio est ex additione: verũ est de diffinitiõe ꝓut inuenitur in substantiis. Sic autem predicta accidentia nõ hẽt diffinitionẽ: sed alio mõ per posterius.

¶Deinde cum dicit.

¶Est aũt ꝛ alia dubitatio de eis. si enim idem nasus simus ꝛ concauus nasus: idem erit simum ꝛ concauũ: si vero nõ quia impossibile est dicere simuz sine re cuius est passio secundum se: ꝛ est simum cõcauitas in naso: nasum simum dicere nõ est: aut bis idem est dictũ nasus nasus cõcauus. nasus autez simus nasus cõcauus erit: ꝓpter qõ inconueniens ẽ ineſſe talibus qõ quid erat eẽ: si autem non in ifinitum sunt: naso nãqz nasi simum adhuc aliud inerit. ¶Palam itaqz qa solius substãtie est diffinitio nam etsi aliarum cathegoriarũ necesse est ex additiõe esse: vt equalis ꝛ iparis non est sine numero: neqz que est feminini sine animali. Ex additiõe vero dico in quibus accidit idem bis dicere sicut in bis: si vero hoc verum non copulatorum erit: vt nũeri impis. Co.19.

¶Ponit secũdã dubitatonẽ circa ⁊ duo facit. ¶Prio mouet dubitationẽ Scõo põit solutionẽ ibi. (Sz latet ꝛc.) Dicit ergo prio ꝙ ẽ alia dubitatio, dẽdictis. Aut enim ẽ idẽ dicere nasus sim⁹ ꝛ nasus ꝯcau⁹: aut nõ. Si idẽ sequet ꝙ idẽ sit simũ ꝛ cõcauũ: qõ patet eẽ falsũ cũ alia sit diffinitio vtriusqz. Si aũt nõ ẽ idẽ dicere nasũ simũ ꝛ nasũ cõcauuz: ꝓp hoc ꝙ simũ nõ põt itelligi (sine re cuius est ꝑ se passio). i. sine naso cũ simum sit concauitas in naso: cõcauum vero põt dici sine naso: sequet si hoc qõ dico simũ plus hẽt ⁊ cõcauuz ꝙ hoc. s. qõ est nasus vel nõ possit dici nasus sim⁹: vel si dicatur erit bis idẽ dictũ: vt dicam⁹ ꝙ nasus sim⁹ ẽ nasus nasus cõcauus. Semp. n. loco nois põt poni diffinitio illius nois. Unde cũ dicit nasus sim⁹ poterit remoueri nomen simi ꝛ addi naso diffinitio simi q̃ est nasus cõcauus. Sic ergo videt ꝙ dicere nasuz simũ nihil aliud est ⁊ dicere nasuz: nasum cõcauum qõ est inconueniẽs. ¶Propter quod inconueniẽs videtur dicere ꝙ in talib⁹ accidentibus nõ sit qõ qd erat eẽ. Quod si hoc non est verũ ꝙ in eis non sit qõ quid erat esse: in infinitũ fiet repetitio eiusdẽ nois semp posita nois diffinitione ꝙ noie. Cõstat. n. ꝙ cũ dico nasus cõcau⁹ loco cõcaui põt accipi simũ qz cõcauitas in naso nõ est nisi simitas: ꝛ loco simi iterũ nasus cõcauus ꝛ sic in infinitum. ¶Palã ẽ itaqz vt videt ꝙ solius subẽ diffinitio. Si. n. eẽt aliorũ ꝑdicamentorũ oportet ꝙ esset ex additiõe subiecti: sicut diffinitio equalitatis ꝛ diffinitio imparis oportet ꝙ sumat ex diffinitione suorũ subiectoz. Nõ enim diffinitio imparis ẽ sine numero: nec diffinitio femini ni qõ significat quãdã qualitatẽ aialis est sine aiali. Si ergo diffinitio aliquorũ est ex additiõe sequetur ꝙ bis accidat idem dicere: sicut in premissis est ostensũ. Unde si verũ est ꝙ inconueniens sequat: sequitur ꝙ accidentia copulata non habẽt diffinitionem.

¶Deinde cum dicit.

¶Sed latet: qa non certe dicuntur rõnes: si vero sũt: ꝛ hoz termini alio modo sunt: aut quemadmodum dictuz ẽ: multipliciter oꝫ dicere esse diffinitionez: ꝛ qd erat esse quare sic quidẽ nullius erit diffinitio: et qd erat eẽ alicui erit: nisi substãtiis: sic autẽ erit. Nõ q dẽ igit est diffinitio q̃ ipsius qd erat eẽ: rõ et qd erat eẽ: aut solũ substãtiaz ẽ: aut maxie ꝛ primũ: et simpliciter palã.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶Solvit premissam questionē dicēs q̄ movente predictā questionē latet q̄ rationes nō vicunt (certe) .i. certitudinaliter q̄si ea que dñr vniuoce: sed dñr sc̄m p̄ Lec.3. us et posterius. vt supra dictum est. Si aūt predicta accidentia copulata habent terminos .i. ratiōes aliquas: oporet q̄ alio mō sint illi termini & diffinitiones: aut q̄ diffinitio et q̄ quid erat eē q̄ significat p̄ diffinitionē dicat multipliciter. Quare (sic quidē) .i. simpliciter per prius nullius erit diffinitio nisi substātie: nec ēt q̄ quid erat eē (Sic aūt) idest secundū quid et posterius erit etiā aliorū. Substantia enī que habet quiditatē absolutā nō dependet in sua q̄ditate ex alio. Accidēs aūt dependet a subiecto: licet subiectū nō sit ō eēntia accidētis: sicut creatura dependet a creatore: et tñ creator nō est de eēntia creature: ita q̄ oporteat exteriorē eēntiā in eius diffinitiōe poni. Accidētia vero nō hēnt esse nisi per hoc q̄ insūt subiecto. Et ideo eorū quiditas est dependens a subiecto. Et p̄pter hoc ors q̄ subiectū in accidētis diffinitiōe ponat q̄nq̄ quidē in recto: q̄nq̄ vero in obliquo. In recto q̄dē quando accidēs significat vt accidēs in cōcretione ad subiectū vt cuz dico simus est nasus cōcauus. Tūc. n. nasus ponit in diffinitiōe simi quasi gen⁹: ad designādū q̄ accidentia nō hēnt substantiā nisi ex subiecto. Quādo vero accidēs significat per mōz substantie in abstracto tūc subrñ ponit in diffinitiōe eius in obliquo vt differentia sicut dicit simitas est p̄canitas nasi. ¶Patet igit q̄ cū dico nasū simū nō oporet loco simi accipe nasū cōcauū: q̄ nasus non ponit in diffinitiōe simi q̄si sit de essentia eius: sed q̄si additū eēntle. Ūñ simū et cōcauū p eēntiā idē sunt. Sz simū addit. s. cōcauū habitudinē ad determinatū subiectū. Et sic determinato subō q̄ est nasus nihil differt simus a cōcauo. Nec ors aliq̄d loco simi ponere nisi cōcauuz. Et sic non erit differētia loco eius nasus cōcauus: sed solum cōcauus. Ultimo cōcludit ex p̄dictis q̄ palā est q̄ diffinitio q̄ est ratio eius q̄ q̄d erat eē et ipsuz q̄ q̄d erat esse solū est subārūz sicut prima solutio hēbat. Vel est primo et simpliciter earum et per posterius et secundū quid accidentium: vt in secūda solutione dicebatur.

Lo.201 ¶Trum aūt idez est: aut alterum v q̄ quid erat esse et vnūquod q̄z perscrutandū est. Est enī aliquod preopere ad de substantia perscrutationem.

¶Lectio quinta.

p. ¶Postquam determinauit pb̄s q̄d id est q̄ quid erat eē et quor: ñr ingrit q̄o se hēat q̄ q̄d erat eē ad id cuius est: vtrū. s. vt idem vel vt diuersū. Et circa hoc tria facit. ¶Primo monet questionē. Secūdo solvit eam ibi (Singulū enīz nō aliud). Tertio oñdit q̄ ex solutiōe predicta possunt solui sophistice rōnes que circa hec fiūt ibi. (Sophistici vero elenchi). Dicit ergo primo q̄ perscrutandū est vtrū q̄ q̄d erat esse cuiuscunq̄ et vnūq̄q̄z cuius est q̄ quid erat esse sit idē aut diuersū sicut vr̄ q̄ q̄d erat esse boi et bō sit idē aut diuersū et similiter de aliis. ¶Hoc. n. ingrere et manifestare est aliq̄d (preopere) .i. pre necessariū ad perscrutationē de subā quā intendim⁹ facere de sequētibus. Intendit. n. ingrere inferius: vtrū vniuersalia sint subē rerū: et vtrū partes diffinitor̄ intrent i diffinitionē eor̄: et ad hoc valet ista perscrutatio quā nunc proponit.

¶Deinde cum dicit.

¶Singulum. n. nō aliud videtur esse ea suimet substantia: et quod quid erat esse dicitur singuli substantia.

¶Solvit p̄positā questionem. Et circa hec tria facit. ¶Primo ponit questionis solutionē. Secō probat eaz ibi (In dictis vero scōm se. Tertio oñdit contrarium solutionis p̄dicte esse absurdum et impossibile ibi (Absurduz vero apparebit). Circa primū duo facit. ¶Primo. n. oñdit quid prima facit circa questionez propositā verū esse videat. Secūdo ostendit in quō ei⁹ cōtrarium accidat ibi (. In dictis quidem itaq̄z). Dicit ergo primo (q̄ statim) .i. primo aspectu hoc videt esse dicendū q̄ i oibus rebus singulū nō sit aliud a suis substantia. ¶Hoc aūt quod est q̄ q̄d erat esse est substātia eius cuius est quod q̄d erat esse. Unde videtur p hanc rationez in primo aspectu q̄ quid erat sit idem et nō alterum ab vnoquoq̄z cuius est.

¶Deinde cum dicit.

¶In dictis q̄dē itaq̄z secūdū accidēs videbit vtiq̄z diuersū esse: vt albū hō alterum: et albo homini esse. Si. n. idē hoi esse: et albo hoi idem: idem. n. hō et albus homo. vt dicūt: quare et albo homini: et homini aūt nō necesse est quecunq̄z secundum accidens esse eadez nō. n. simpliciter extremitates fiūt eedem: sed forsitan illud videtur accidere extremitates fieri easdē secūdū accidēs: vt albo eē: et musico: videtur nō.

¶Ostendit in quibus q̄ō premissum est nō sit verum dicens q̄ q̄dem q̄d erat esse p̄o tanto videt esse nō aliud ab eo cuius ē: q̄a est eius subā. Itaq̄ in illis que p̄dicant̄ secūdū accidēs et nō dñt substantiā subiecti: videt esse diuersuz quod quid erat esse predicati: a subiecto. Alterū enim est id (quod est esse albo homini) .i. quod quid erat esse albi hominis ab eo quod est albus homo. Quod sic videtur q̄a cū dicitur hō albus supponitur homo. Idez. n. ē homo: et homo albus: vt dicit. Si. n. albus haberet esse aliud a subiecto aliquid predicaretur de cōposito cōe albi: vel posset predicari q̄ non esset cōtra rationē eius. Quod enī predicat̄ de homine albo nō predicat̄ de eo nisi q̄ predicat̄ de boie. Accidēs. n. non est subiectū nisi ratione substantie. Ūñ secundū q̄ō in albo intelligitur homo et homo alb⁹ sūt idem. Et p̄o tanto id q̄ō erit esse albo homini erit et esse homini. Si igitur q̄ō quid erat eē albi hominis sit idem albo homini: erit etiā idem homini. Sed nō est idē homini: ergo quod q̄d erat eē albi hominis nō est idem albo homini. Et sic in bis que sunt secundū accidens q̄ō quid erat esse alicuius nō erit idem cū eo cuius est quod q̄d erat esse. Quod autē quod q̄d erat eē albi hominis non sit idē homini: patet q̄ nō est necesse q̄ quecunq̄z dicunt̄ secundū accidens de aliquo subiecto q̄ sint eadez illi. Subiectū enī est quodāmodo mediū inter duo accidentia que predicant̄ de ipso: inquātū illa duo accidentia nō vniuntur nisi vnitate subiecti: sicut album et musicū vnitate hominis de quo p̄dicantur Est ergo homo vt medium. Albū autez et musicum sūt extremitates. Si aūt albū esset idem homini per essentiā: pari ratione musicū. Et ita ista duo extrema album et musicū essent per essentiā idem: q̄ quecunq̄z vni et eidem sunt eadē etiā sibi inuicem sūt eadem. ¶Hoc aūt est falsum q̄ iste extremitates sint eedem per essentiā. Sed forsan hoc videtur esse verum q̄ sint eedem per accidens. ¶Hoc autem certum est q̄ album et musicū sunt idem per accidens. Sed ex hoc posset aliquis opinari q̄ sicut albū et musicum sūt idem per accidens: ita etiā (hoc quod est esse albo et quod ē esse) .i. quod quid est vtriusq̄z sit idem per accidens. Sed hoc nō videtur esse verū. Albū. n. et musicuz sunt idem

UVA. BHSC. IyR_086_1

mini. Non autez quod quid ē esse albi: nec hoc quod quid est musici: sunt idem cum eo quod est quod qd est esse hominis. Unde quod quid est esse albi: ⁊ qō quid ē esse musici non sunt idem per accidens sed solum album ⁊ musicum.

¶ Deinde cū dicit.

¶ In dictis vero scōm se semp necesse idez esse: vt si que sunt substantie: a quibus altere nō sunt substantie: nec altere nature priores quales dicunt ideas eē quidam. Si eniz erit alterum ipsum bonū ⁊ quod bono esse ⁊ aīal ⁊ quod aīali eē: ⁊ ens. ⁊ qō enti erunt alique substantie ⁊ preter ⁊ idee predictas ⁊ priores subē illis: si qō qd erat eē: subē est.

¶ Manifestat solutionē ꝓpositā. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat eā q̄tuz ad ea q̄ dīr p se. Scōo q̄tū ad ea q̄ dīr p accīs ibi. (Scōm accīs vero dictū). Circa primū duo facit. Primo manifestat ꝓpositam q̄stionem q̄tū ad ea que dicunt p se. Secundo ꝯcludit ꝯclusionē intenta ibi (Necesse igitur vnū eē.) Circa primū duo facit. Primo ondit q̄ in his que dīr p se non ē aliud quod quid erat esse ⁊ id cuius ē. Secundo q̄ non ē separatum ibi. (Et si quidē absolute) Dicit ergo primo q̄ in illis que dicuntur per se semper necesse ē idem esse quod quid erat esse ⁊ id cuius est. Quod pz si ponantur alique substantie abstracte ab istis sensibilibus a quibus non sunt alique alie substātie abstracte nec alique nature priores eis. Huiusmodi. n. subās platonici dicunt eē ideas abstractas. Si eniz quo quid erat esse ē aliud ab eo cuius ē: oportebit hoc eē verum in omnibus in quibus ē quod qd erat esse. Cuiuslibet autem substātie ē quod quid erat esse. Erit ergo aliqd aliud a qualibet subā quod quid erat eē eius. Et ita etiā qō qd erat eē subē idealis erit aliud ab ea. Et ita (si ipsuz bonū). i. si idea bōi (⁊ qō ē bono eē). i. quod qd erat eē huius idee ē aliud: ⁊ similiter ipsum aīal ⁊ qō ē aīali esse: ⁊ ipsum ens: ⁊ qō ē enti eē: ⁊ ita in oībus aliis ideis sequet q̄ sicut iste substātie idealis ponūtur preter substātias sensibiles ita erunt alie substantie ⁊ alie nature ⁊ idee preter ideas dictas a platōicis que erāt qō qd erat eē illaz idearuz: ⁊ ēt ille alie subē sint priores ideis. Et hoc dico sequetur (si quod quid erat esse substantie) idest si quelibet subā hēt qō quid erat esse: vt dictuz ē: vel si hoc quod quid erat eē pertinet ad substantiam rei. Illud enim a quo subā rei dependet ē prius ea.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et figdē absolute ab inuicez harum quidem nō erit scīa: hec aūt non erunt. Dicitur aūt absolui: si nec bono ipsi existit esse bono nec huic esse bonuz. Scīa. n. cuiuslibet hoc qō qd erat eē illi ⁊ in bono ⁊ in aliis similiter se habet. Quare si non bono esse bonuz: nec enti ens: nec quod vni vnum: similiter autem omnia sunt aut nullum quod quid erat esse: quare si nec enti ens. nec aliorum nullum. Amplius enim non inest bono esse bonum.

¶ Ostendit q̄ hoc ē quod quitī erat esse non ē separatū ab eo cui⁹ ē dicens. (Et si qdē sunt) absolute adinicē. i. si quod quid erat eē ⁊ id cuius ē nō solum sunt diuersa sed etiam sunt abinuicem separata sequuntur duo incōuenientia quorū primū ē q̄ harum rerū non fit scīa quaz quod qd ē ab eis sepatur. Secundum inconueniens ē q̄ hec eadē erunt nō entia. Et expōit quod dixerat absolute vt videlicet (nec ipsi bono). i. idee boni: q̄ ponūtur scōz platonicos (insit hoc quod ē esse bono) idest quod ē esse bom. Nec iteruz. s. huic bono inest (esse bonum) idest quidditas boni. quasi dicat ad absolutionē predictā esse intelligendam separationē quidditatis boni ab idea boni. ⁊ a particulari bono quod dicitur p pticipationē idee. Ut aliter (Nec huic eē bonum) idest nec hoc scilicet quod qd erat eē cōperit eē bonum: vt scilicet quod qd erat esse bōi sit separatū a bono ⁊ ecōtrario. Et q̄ predicta inconuenientia sequantur hac positione facta patet. quia scientia vniuscuiusq̄ in hoc cōsistit: q̄ sciatur q̄ quid erat esse illi. Et hoc similiter se habet ⁊ in bono ⁊ in oībus aliis. Quare sequtur q̄ si huic quod est (esse bono) idest quidditati boni non inest bonum: nec etiaz ei (quod est esse enti). i. quidditati entis inest ens: nec similiter ei quod ē eē vni iest vnū. q: similiter aut oia aut nullū eorū sunt eadē cū suis quidditatibus. Si āt bonū ꝓpter separationē predictā nō inest ei quod ē eē bonū. ergo nec ecōtrario eē bonū inerit bono. Quare etiā nec quod est eē enti erit idez cū ente. nec aliquod aliaz habebit in se suuz quod quid ē. Et ita si vnūqō q̄ scītur p quod qd est nulla res poterit sciri qō fuit ꝓmū inconueniens. Iteruz patet qō sequit falsum. i. q̄ nihil erit ens nec bonū nec animal nec aliquid huius modi. q: nō poterit bonū eē illud cui nō inest hoc qō ē bono eē. i. quod quid ē boni. Si igitur qō qd est bonū ē separatū a bono. ⁊ quod quid erat entis ab ente seq̄tur q̄ ista que dicuntur bona ⁊ entia non sunt bona: nec entia: quod fuit secundum inconueniens.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Necesse igitur ē vnū eē benignuz: ⁊ benigno esse. ⁊ bono' ⁊ bonuz esse. quecūq̄z non secundū aliud dicūtur: sz primo ⁊ ꝑm se. ⁊. n. hoc sufficiēs si extiterit: quāq̄z non sint spēs magis aut forsam ⁊ si sint spēs. Simulq̄z palaz quia si sunt idee q̄les quidam dicūt. nō erit substantia subiectuz: bas. n. spēs esse est necesse non de subiecto. erunt. n. ꝑm participationem. Ex his ita rōnibus vnuz ⁊ idem non ꝑm accīs ipm vnūquodq̄z: ⁊ quod qd erat eē: ⁊ qō scire vnūquodq̄z horū est quod quid erat esse. ⁊ qō scire vnūquodq̄z horum est quod qd erat esse scire: q̄re ꝑm expositionem necesse est vnum esse aliquod ambo. Lo. 21.

¶ Concludit ꝓpus conclusionem principaliter intentam dicens: q̄ exquo per diuersitatē ⁊ seperationem eius quod qd erat eē a rebus sequitur q̄ res nec sunt scīe nec entes quod est inconueniens. necesse est igit eē vnū benignū. (Et hoc qō est benigno eē) id ē quod qd est benigni (⁊ bonū ⁊ bono eē) idest quod quid ē boni. Et ponit hic duo vt benignū pertineat ad bona particularia que platonici dicebāt bona per pticipationem. bonū autē ad ipsam ideā boni. Et similiter ē de omnibus aliis que dicuntur per se. ⁊ primo ⁊ non per aliud siue per accidens. quia in illis est alia rō vt dictum est. Ad hoc enim q̄ res sint scite. ⁊ quod sint entes hoc est sufficiens scilicet q̄ quid erat rei fit idez cum re (si extiterit) idest si fuerit verum. q̄uis nō sint species ideales quas platonici ponebant: licet non propter aliud ponerent platonici species: nisi vt eas possit haberi scīa de istis sensibilibus. ⁊ vt per earum participationem eēnt. Sed forsan magis est sufficiēs ad predictam positionem q̄ qdem quid est esse rei fit idem cum re q̄s ipse species: etiā si verum sit q̄ sint species: quia species sunt separate a reb⁹. Magis au

UVA. BHSC. IyR_086_1

ē aliquid cognoscitur. ⁊ hēt eē p id quod ē sibi coniūctum ⁊ idē: quam p id quod ē ab eo sepatū. Ex hoc autē philosophus dat intelligere destructiones spērū Si.n. spēs nō ponuntur nisi pp sciētiam rerum ⁊ eē earum. ⁊ ad hoc sufficit alia positio: ēt ipso non posito magis q̄ hoc eo posito segtur q̄ vanū sit ponere spēs Similiter ad idē ostēdēdum: scilicet q̄ non sunt spēs palam ē: quia si sunt idee quales platonici eas eē dicebant: seq̄tur q̄ id quod ē subīm: scilicet q̄ hec res sē sibilis non sit substantia. ¶Ponebant.n. platonici q̄ necesse ē ideas eē substantias ⁊ non eē de aliquo subiecto. ¶Proprīū .n. ē substantie in subiecto nō eē. Sz si ista subiecta. idest si ista sēsibilia sint subē opz q̄ sint scōm participationē illarum spērum. ⁊ ita ille spēs erunt de subiecto. Ex his itaq̄ rationibus manifestum ē q̄ vnuz ē ⁊ idē non scōm accidēs vnūquodq̄z ⁊ quod quid erat eē eius. Et similiter in sciēdo idē ē scire vnumquodq̄z ⁊ scire quid ē eius. Quare scōm expositionē p̄ou vnum eē dicuntur q̄ sunt vnum in essendo ⁊ in sciēdo necesse ē ambo scilicet rē ⁊ quod quid erat eē eius eē vnum aliquid.

¶Deinde cum dicit.

¶Secūdū accīs vero dictum vt mūsicum aut albū pp duplr̄ significare. non est verū dicere. quia idem quod qd erat esse ⁊ ipsum ⁊ enī cui accidit albū ⁊ accīs. q̄re est quidez vt idē est. aut vt nō idem. quod qd erat esse ⁊ ipm. nam homini ⁊ albo homini non idez passioni autem idem.

¶Manifestat solutionem positam quantum ad ea: que dicuntur secundum accidens: dicens q̄ in his q̄ dicuntur secundum accidens non ē verum dicere: q̄ sit idē quod quid erat eē ⁊ ipsum cuius ē quod qd erat eē. ⁊ hoc propter duplex significare. Cum.n. dicitur homo albus ex parte subiecti potest aliquid attribui ei ratione subiecti vl̄ accidētis ratione. Si ergo diceremus q̄ quod quid est albi hominis sit idē homini albo duo possunt significari scilicet q̄ sit idez homini: vel q̄ sit idez albo. Et hoc ē quod dicit. (Et enim potest significari subiectū cui accidit album ⁊ accidēs). Quare patet q̄ quodammodo ē idē quod quid est albi hominis cum homine albo ⁊ quodam modo non idem. Non enim est idem homini: nec etiam albo homini respectu subiecti. sed tamē ē idem (ipsi passioni) idest albo. Idem enim est quod quid erat album ⁊ albo: lz non possit dici q̄ sit idē cum homine albo ne intelligatur eē idē cum subiecto.

¶Deinde cum dicit.

¶Absurdum vero apparebit: ⁊ siquis vnī cuiq̄ nomen imposuerit ipsorū quod quid erat esse. erit enim ⁊ preter illud aliud ei qō qd erat eē: vt equo ipsi quod quid erat esse equo alterū. ⁊ quod prohibet nūc esse statiz qd erat esse. si qdem substantia est quod qd erat esse. At vero nō solū vnū: sed est rō eadem ipsorū. sicut palā est ex dictis. non enim fm accīs vnū quod vni esse ⁊ vnum.

¶ Soluit q̄stionē ⁊ dicit cām p̄dicte differētie in artificialibus hanc eē. q: materia a qua icipit generatio secundum quā contigit facē ⁊ fieri aliqd eorūz q̄ sunt ab arte talis ē in qua existit aliqua pars rei. Oz nāq̄ mām quamlibet eē aptitudinē ad formā. Non. n. qō libet artificiatū põt fieri ex qualibet materia: ſz ex determinata: sicut serra non fit ex lana: sed ex ferro. Ipa ergo aptitudo ad formam artificiati: que ē in materia tam ē aliqua pars artificiati que ē in materia. q: sine tali aptitudine artificiatuz eē non põt. Sicut serra nō põt eē sine duricie per quam ferrum est ordinatuz ad formam serre. Sed hec pars dupliciter inuenitur ī materia. Quandoq̄ quidē ita ⁊ per eam põt moueri a se ipsa p partem forme in ea existente. Quandoq̄ vero non. sicut in corpore hūano quod ē materia sanatiōis inest vtus activa p quā corpus põt sanare seipm. In lapidibus aūt ⁊ lignis non ē aliqua virt' activa p quā possit moueri ad formā domus. Et si quidē materia sic possit moueri p partem forme quā in se hēt ad formam. hoc contingit dupliciter. q: quandoq̄ põt sic moueri p principium intrinsecum: quod ē pars predicta: sic mouentur per artē: vt accidit in sanatione. naz natura hūani corporis eodē modo agit ad sanitatem: sicut ⁊ ars. Quandoq̄ vero non põt moueri materia per principium intrinsecum eodē modo sicut mouetur ab arte ſz aliquo modo p ipsum moueri possit. Multa enim sunt que possunt a seipsis moueri: sed non sic sicut mouentur ab arte: vt patet in saltatione. Homines enim non habentes artē saltandi pñt quidem mouere seipsos: sed non illo modo. sicut mouēt se qui habent artē p̄dictam. Illa igitur artificialia q̄ habent talem naturam: sicut lapides sunt materia domus non possunt a seipsis moueri. Impossibile ē enī moueri ea nisi ab alio ⁊ hoc non solū ē in artificialib' ſz etiam in naturalibus. Sic. n. ⁊ materia ignis ī potest moueri ad formā ignis nisi ab alio. ⁊ inde ē q̄ forma ignis non gñatur nisi ab alio. Et ꝓpter hoc q̄daz artificialia nō pñt fieri sine hñte artez que. s. ī sua materia vel non habent aliquod principium motiuū ad formā. vel nō sic motiuū. sicut ars mouet. q̄ vero ab aliquo extrinseco prius moueri possunt nō habēte artem possunt esse ⁊ fieri etiā sine habente artē. Mouebuntur. n. eorum materie ab his que non habent artē. Quod quidem ostendit dupliciter. Uno modo inq̄tuz possunt moueri ab aliquibus aliis extrinsecis principiis non habētibus artem. sicut arborem plantare põt: etiam qui non habet artem plantandi. Alio modo quando materia mouetur (ex parte) ideſt ab aliquo principio intrinseco: quod ē aliqua pārs forme. sicut cum corpus humanum sanatur ab aliquo principio intrinseco quod est aliqua pars forme. Sciendum est autem q̄ occasione horum verborum: que hic dicuntur quidam ponunt: q̄ in omni gñatione naturali ē aliquod principium actiuum in mā quod quidem est forma in potentia, preexistēs in materia: que ē quedaz inchoatio forme: vnde hec forme pars dicitur. Quod quidē abstruē nituntur. ¶ Primo ex hꝰ q̄ hic dicitur. Videtur. n. hic Aristot. dicēre q̄ illa in quorum materia non ē principium actiuum fiunt tantum ab arte. Oz igitur q̄ in materia illorum: q̄ fiunt a natura insit aliquod principiū actiuū. Scōo ex hoc q̄ ois motus: cuius principium non est in eo quod mouetur: ſz extra ē motus violentus: ⁊ nō naturalis. Si igitur in his que gñantur per naturam non eēt aliquod principium gñationis actiuum in materia: tūc eorum gñationes non eēnt naturales: ſz violente: aut non esset aliqua differentia inter generationem artificialē ⁊ naturalē. Et si obiiciatur contra eos: q̄ tunc ea que gñantur naturaliter non indigent extrinseco gñante: si eorum gñatio ē a principio intrinseco. Respondent q̄ sicut principium intrinsecum non ē forma completa: ſz quedam inchoatio forme. ita ēt non est pfectum principium actiuum vt per se posset agē ad generationē: sed habet aliquid de virtute actiua vt coopetur exteriori agēti. Nisi. n. aliquid conferret mobile exteriori agenti esset motus violentus. Violētum aūt est cuius principium est extra nil conferente vim passio: vt in primo ethi. dicitur. Hec aūt opinio vī propinqua ponētibus latitationē formarū. Luz. n. nihil agat nisi sim q̄ est in actu: si partes vl' inchoationes formarum q̄ sunt in materia habent aliquaz virtutem actiuam. sequitur q̄ sint aliquādo actu: quod ē ponē latitationem formarum. Et preterea cum esse sit ante agē non põt imiligi forma prius habē agere q̄ sit in actu. Et ideo dicendum est: q̄ sicut sola viuētia inueniuntur se monē secundum locum. Alia vero mouentur a principio extrinseco vel generante vl' remouente. prohibens vt dicitur. viij. physi. ita secūdum alios motus sola viuentia inueniuntur mouere seipsa. Et hoc ideo quia inueniūtur habē diuersas ptes quarum vna potest esse mouens: ⁊ alia mota qō oz eē in omni mouēte seipsum: vt probatur. in. viij. physi. Sicut igitur inuenimus in gñatione viuētium eē principium actiuum intrinsecum: quod ē virtus formatiua in semine. Et sicut est potētia augmentatiua mouēs in motu augmenti ⁊ decremēti. Ita est ⁊ in motu alterationis que ē sanatio principium mouēs intra. Nam cum coz non sit susceptiuum infirmitatis: virtus naturalis que ē in corde sano. totum corpus ad sanitatē alterat. De tali igitur materia habēte in se principium actiuum loquitur hic philosophꝰ ⁊ non ō rebus inanimatis. Quod ex hoc pz q: materiam ignis comparat materie domus ī hoc q̄ vtraq̄ mouetur ad formam a principio intrinseco: non tamē sequitur q̄ generatio inanimatorum corporum non sit naturalis. Non enim oz ad motuz naturalē q̄ semper principium motus quod est in mobili sit principium actiuū ⁊ formale: sed quandoq̄ est passiuū ⁊ materiale. Unde ⁊ natura in secūdo physi. distinguitur p materiā ⁊ formā. Et ab hoc principio dicitur naturalis generatio simplicium corporum: vt dicit commentator in secundo physico. Differentia tñ est inter materiā naturalium ⁊ artificialiuz: q: in materia rez na

Lec. 1.

Lec. 4.

Lec. 10

UVA. BHSC. IyR_086_1

turalium ē aptitudo naturalis ad formam. ⁊ potest reduci in actuꝫ p agens naturale. non autem hoc contingit in materia artificialium.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Palā vero ex dictis: qz modo quodam oīa fiunt ex vniuoco quēadmodum naturalia: aut ex pte vniuoco: vt domus ex domo aut ab intellectu. ars enīz spēs: aut ex parte: aut ex hīte aliquā ptem: nisi fm accīs fiat.

¶ Manifestat fm qd poterat esse dubium ex pdictis. Dixerat. n. supius qd oē quod generatur generatur a simili scōm spēm. hec aūt non eodē modo se habet in oībus. Et ideo hic mānifestare intēdit qūo hoc diuersimode in diuersis inuēiatur. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit diuersos modos qbus generatuꝫ ē simile generāti. Scōo manifestat eos ibi. (Cā nāqz faciēdi). Sciēdum ē autē circa primū qd oē qđ generatur ab aliquo aut generatur p se. aut generatur ab eo p accidens. Quod autē generatur ab aliquo p accidens non gīatur ab eo secundum qd huiusmodi. Unde non oportet in generante esse similitudinē gīati. sicut inuētio thesauri non hēt similitudinē aliquaz in eo qui fodiens ad plātandum inuēit thesaurum p accidēs. Sed generans p se generat tale scōm qd huiusmodi. Unde oportet qd in gīante p se sit aliqualiter similitudo generati. Sz hoc contingit tripliciter. Uno modo quando forma gīati pcedit in gīante: secundum eundē modum eēndi ⁊ in simili mā. Sic̄ cum ignis gīat ignem. vel homo gīat hominē. Et hꝰ ē gīatio totaliter vniuoca. Alio modo quando forma gīati pcedit in gīante: non quidē scōm eundē modū eēndi: nec in subā eiusdē rōnis sicut forma domus p cedit in artifice non scōm eē materiale: sed secūdum eē in materiale quod hēt in mēte artificis nō in lapidibus ⁊ lignis. Et hec gīatio ē partiz ex vniuoco q̄z tū ad formā: partim ex equoco q̄z tū ad eē forme ī subiecto. Tertio modo quando ipsa tota forma generati nō pcedit in gīante. sed aliqua pars eius. aut aliq̄ ps partis. sicuti in medicina calida pcedit calor qui ē pars sanitatis. aut aliquid ducens ad partē sanitatis Et hec gīatio nullo modo ē vniuoca. Et ideo dicit. q̄z palā ex dictis ē qd aut fiunt oīa quodāmodo ⁊ totaliter vniuoca sicut naturalia: vt ignis ab igne. ⁊ homo ab homine. aut ex eo: quod ē ex pte vniuocū q̄z tū ad formam ⁊ ex pte equocū q̄z tū ad eē forme ī subiecto: sic̄ dom⁹ fit ex domo q̄ ē ars in artifice. aut ab intellectu: siue artis habitu. Ipsa. n. ars edificatiua est species domus. Aut tertio mō fiunt aliqua ex pte forme pēxistētis in gīante. siue ex ipso gīante habente partē pdictā. Pōt. n. dici qd gīratio fit vl ex forma: siue parte forme. vl ex hīte formam vl partē forme. Sz ex hīte quidē sicut ex gīanto. Ex forma siue parte forme. sicut ex eo quo gīans gīat. Nam forma non gīat nec agit: sz habēs formam per eam. Et hoc dico quia aliquid fit ex eo alio simili scōm aliquē pdictorum modorum: nisi fiat ex eo p accidēs. Tūc enim non oportet huiusmodi similitudinem obseruari sicut dictum est.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Causa nanqz faciendi pria scōm se pars. calor. n. in motu calorez in corpore facit. is vero est aut sanitas aut pars: aut sequitur eū pars aliqua sanitatis. aūt sanitas ipsa propter quod ⁊ dicitur facere: qz illud facit sanitatem cui consequitur ⁊ accidit calor. Quare quēadmodū in syllogismis oīum pricipium est substantia. naz ex quod quid est syllogismi sunt: ⁊ hic generationes.

¶ Manifestat modos predictos. Et primo in rebus artificialibus. Secūdo ī rebus naturalibus ibi. (Similiter itaqz bis). Dicit ergo primo qp iō oz quod fiat ex aliqua parte: quia prima cā faciēdi secundum se ē pars generati pēxistentis in generante: q̄ est vel ipsa forma generantis vel pars forme. Cum. n. p motum calor generatur in ipso motu ē quodammodo calor sicut in virtute actiua. Nam ipsa virtus causandi calorē que est in motu est aliquid de genere caloris. ⁊ iste calor in motu exists virtute facit calorem in corpore nō quidem generatione vniuoca: sz equoca. qz calor in motu ⁊ in corpore calido non ē vnius rationis. Is vero scilicet calor aut ē ipsa sanitas: aut aliqua pars sanitatis. aut segtur eum aliqua pars sanitatis: aut sanitas ipsa. Per hec quatuor q̄ ponit dat intelligere quattuor modos: qbus pōt se habere forma generātis ad formā genitā. Quorū primus est quando forma generati totaliter ē in generante: sicut forma domus ē in mente artificis. ⁊ sicut forma ignis generati est in igne generante. Secūdus modus est quādo pars forme generati ē in generante. sicut cum medicina calida sanat calefaciendo. naz calor factus ē in sanato pars sanitatis. Tertius modus ē quando pars forme ē in gīante non actu sed virtute: sicut quando motus calefaciēdo sanat. Calor. n. ē in motu virtute ⁊ non actu. Quartus modus ē quādo ipa tota forma est in gīante virtute sed non actu. sicut forma stuporis ē in pisce stupefaciente manus. Et similiter ē in aliis que agunt in tota specie. Primum ergo modū designat in hoc qp dicit (aut sanitas). Secūdū in hoc qp dicit. (Aut ps) Tertiū in hoc qp dicit (Aut sequit eum aliq̄ pars sanitatis.) Quartū in hoc qp dicit (Aut sanitas ipsa) Et qz motꝰ cāt calorez ad quem sequit sanitas. ꝓpter hoc etiā dicitur motus facē sanitatē. qz id facit sanitatem cui consequitur vel accidit sanitas. Uel melius (qđ cōsequit ⁊ accidit ex motu). s. calor facit sanitatem. Quare pz: qp sicut ī syllogismis oīum principium (est subā). idest quod quid ē rei: nam syllogismi demonstratiui sunt ex quid est: cum in demonstrationibus medium sit diffinitio (⁊ huiusmodi). s. in opatiuis gīationes sunt ex qđ quid est. In quo ostenditur similitudo intellectus speculatiui ⁊ practici. Sicut. n. intellectus speculatiuus procedit ad demonstranduz passiones de subiectis: ⁊ cōsiderationes eius quod quid est. ita intellectus pcedit ad operandum ex specie artificiti: que est eius qđ qd est: vt supra dictum est.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter itaqz bis ⁊ que sunt natura constituta se habēt. nam sperma facit sicut que ab arte habet. n. potestate spēm: ⁊ a quo sp ma est aliqualiter vniuocum. Non enim omnia oportet querere: vt ex homine homo: etenim semina ex viro: vnde mulus non ex mulo: sed si non orbatio fuerit: quecunqz autem a casu: sicut ibi fit quorumcunqz materia potest a seipso moueri hoc motu quo sp ma mouet quorumcunqz vero non ea impossibilia sunt fieri aliter q̄z ex ipsis.

¶ Manifestat quod dixerat de artificialibus in rebus naturalibus dicens quod similiter se habeant ea que sunt constituta secundum naturam his que fiunt per artem. Sperma enim operatur ad generationem. Sicut contingit in his que fiunt per artem. Sicut enim artifex non est actu domus nec habet formam que sit domus actu: sed po-

Co. 3.

UVA. BHSC. IyR_086_1

testate. ita spma non est aial actu. nec hēt aiam que ē species aialis actu: sed potestate. Est. n. in semine vir tus formatiua: q̄ hoc mō ꝓparatur ad mām concepti ficut ꝓparat forma dom⁹ in mēte artificis ad lapides ⁊ ligna: nisi q forma artis ē oīo extrinseca a lapidib⁹ ⁊ lignis. vtus aūt spmatis ē intrinseca. Quauis aūt gñatio aialis ex spmate nō fit a spermate: sicut ab vni uoco. q: spma ñ ē aial. id tamē est a quo sperma ē ali/ qualr vniuocū ei qō fit ex spermate. Nam sperma fit ab aiali. Et in hoc est dissimilitudo inter generationē naturalem ⁊ generationē artificialem. q: non oportet q forma domus in mente artificis sit a domo lz q̄do q̄ hoc accidat: vt cuz aligs ad exēplar vni⁹ dom⁹ fac aliā. Sed semper oz q sperma sit ab aiali. Expōit āt quod dixerat (aliqualiter vniuocū) q: non oz ī omni generatōe naturali eē omnimodā vniuocationē. sicut cum dicitur q hō fit ex hoīe. fit enim femina ex viro sicut ex agente. ⁊ mulus nō fit ex mulo lz ex equo vel asino in quo tamē est aliqua similitudo: vt supra dixit Et quod dixit q a quo ē sperma oz ēe aliqualiter vni uocum subiungit intelligendū ē (si nō fuerit ozbatio) idest si non fuerit defectus naturalis virtutis ī semīe. Tunc. n. degenerat in aliqd: quod nō est simile gene ranti. sicut pz in monstruosis ptibus. Et sicut illis. i. in rebus artificialibus aliqua fiunt nō solum p artem sed a casu quādo materia pōt moueri a seipsa eo motu quo mouet ab arte. Quādo vō non pōt hoc mō mo/ ueri tūc nō pōt id quod fit ab arte ab alio fieri: q̄z ab arte. ⁊ hic possunt aliqua fieri a casu ⁊ sine spmate il la quoz materia hoc mō pōt moueri a seipsa eo mo/ tu quo mouet spma. i. ad generationē animalis. sicut pz in his que generāt exputrefactione: que quō dicā tur eē a casu ⁊ quomō nō supius expositū est. Illa āt materia quoz nō pōt moueri a seipsa eo motu quo a spermate mouet impossibilia sunt fieri aliter: q̄z ex ip sis seminibus. sicut pz de hoīe ⁊ equo ⁊ aliis aialib⁹ pfectis. Pz āt ex his que hic dicūtur q neqz omnia aialia pūt generari ⁊ ex semine ⁊ sine semine: vt Avi cenna pōit: neqz nulla generātur vtroqz mō: vt pōit Aueroys. Est autē aduertēdū q p ea que hic dicun tur pūt solui dubitationes illoz qui ponebāt formas ī istis generatis nō eē a generātibus naturalibus: sz a formis q̄ sunt sine materia. Hoc. n. maxime visi sunt ponere pp animalia generata exputrefactione quoz forme non videnē procedere ex aliquibus similib⁹ se cundū spēm. Ulterius aūt in animalibus ēt q̄ gene/ rantur ex semine virtus activa generatōis: que est in semine non est aīa vt ex hoc possit anima sequi ī aiali generato. Adhuc autē procedunt q: in inferioribus istis non inueniuntur aliqua principia activa ad gña tionem nisi calidū ⁊ frigidū que sunt forme accidēta les. Et sic non videtur q per ea possint pduci forme substantiales. Nec videtur q rō philosophi quaz su pra posuit contra ponētes exemplaria teneat ī omni/ bus vt scilicet ad similitudinē speciei in generatis sufi ciant forme generantium. Sed omnes hec dubita tiones soluuntur per litteram Aristotelis si diligenter inspiciatur. Dicitur. n. in litera q virtus activa que ē in spermate ⁊ si non sit anima in actu. est tamē aīa in virtute. sicuti forma domus in aīa nō est domus actu sed virtute. Unde sicut ex forma domus que est ī mē te potest fieri forma dom⁹ in materia. ita q ex vtute se minis potest fieri anima completa preter intellectuz q ē ab extrinseco: vt dicit. in. xvi. de aialib⁹: ⁊ adhuc amplius inq̄ntum virtus q̄ est in semine ē ab anima perfecta cuius vtute agit. Media. n. principia agunt ī v tute primoꝝ. In his vero que generant exputrefa ctione etiā est in materia aligd principiū simile virtu ti active q̄ ē in spmate ex quo cātur aīa in talib⁹ aiali/ bus. Et sicuti virtus q̄ ē in spermate ē ab aīa comple ta aialis ex virtute celestis corporis. ita vtus que est in materia putrefacta generatiua animalis: est a solo corpore celesti in quo sunt vtute oēs forme generate: sicut in principio actiuo. Qualitates etiā active: lz sint actiue nō tamē agunt solū in vtute ppria sed in virtu te formarū substantialium ad que se habēt sicut istru menta. sicut dicitur in secūdo de anima q calor ignis est sicut instrumentum anime nutritiue. Lec.9

¶ Deinde cum dicit.

¶ Non solum autem de substantia ostendit ratio nō fieri spēm: sed de oībus similiter pri mis cōis rō: vt q̄ztitate ⁊ qualitate ⁊ aliis ca thegoriis. fit. n. velut enea spera: sed non spe ra nec es sed in ere si fit. semp. n. oz preexiste re materiā ⁊ spēm ⁊ in qd ⁊ in qualitate ⁊ in quantitate ⁊ aliis similiter cathegoriis. Non enim fit qrale sed quale lignum nec quantū sed qnantum: lignum aut animal. Lo.32.

¶ Manifestat tertiū q poterat ex dictis esse dubiuz Probauerat. n. q forme non generātur: sed cōposita posset aūt aliquis dubitare vtrū hocvez sit in formis subālibus aut ēt in accidētalibus. Cui dubitatiōi hic satis facere intēdit.. Unde duo facit. Primo ondit q hoc ē veruz in vtrisqz. dicēs q rō superius posita nō soluz ostēdit (spēm) .idest formā nō fieri (de subā). i. circa pdicamētuz subē: sed cōmunis ē similiter (ō oī/ bus primis). i. de pdicamētis. sicut de qualitate ⁊ q̄z titate ⁊ alijs pdicamētis. fit. n. vt enea spera (sed nō fit spera). i. quod ē cōpositum sicut enea spera. sine sit spera siue non sit spera. i. quod se hēt p modum forme (Nec es). i. quod se hēt p modum materie. ⁊ si fit spe ra aliquo mō loquēdi nō fit p se. lz in ere. quia semp oz preexistere ad generationē materiam ⁊ spēm: vt su/ pra ē ostēsum. Illud quoqz quod ē (vt enea spera). s. compositum fit (⁊ in quid) hoc ē in pdicamēto subē ⁊ in qualitate ⁊ quantitate. ⁊ similiter in alijs pdicamē tis. Non. n. fit (quale). i. ipsa qualitas: lz hoc totum quod ē quale lignuz. nec fit (q̄ztū). i. ipsa q̄ztitas. Sz lignum quantum aut animal quantum. Lec.6.

¶ Sed propriuz substantie ex his accipere est: q: necesse preexistere semper alteraz sub stantiā actu existente que facit vt animal qua le vero ⁊ quantum non necessarium nisi po/ testate solum.

¶ Ostēdit qd differat inter substantiā ⁊ accidētia: di cēs q hoc oz accipere vt propriuz subē p compositio nē ad accidētia. q: quando subā generatur: necesse ē preexistere alteram substantiaz q̄ facit generationē. Si cut si animal gñatur oz q preexistat animal generans in his que generantur ex semine. Sz in quali ⁊ quā to ⁊ in aliis accidentibus non oz q preexistat quale aut quantum actu: sed solum in potētia quod ē materiale principium ⁊ subiectū motus. principium. n. actiuū subē non pōt eē nisi substantia. sed principium acti/ uum accidētium pōt eē non accidens. s. subā.

Quoniam vō diffinitio rō ē ⁊ oīs rō q ptes habet: vt āt rō ad rē. ⁊ pars ra/ tionis ad partē rei similiter se habet. Lo.33.

Dubitatur iam an oportet partium ratio/ nem esse in totius ratione an non. in quibus dam enim videntur esse: in quibusdam non. nam circuli ratio non habet eam que incisio num. ⁊ tamen diuiditur circulus ī incisiones vt syllaba in elementa.

UVA. BHSC. IyR_086_1

Lectio nona.

p Postquam pbs oñdit qđ ẽ qđ erat eẽ: ⁊ quorum ẽ ⁊ quo se hẽt alĩ ea quoꝝ ẽ. ⁊ ꝙ nõ oꝫ ponere qdditates rerũ sepatas pp generationem. Hic intẽdit ostẽdere ex qbus ꝓstituĩt quod qđ erat eẽ Et diuidit in duas ptes. In pria oñdit ex quib⁹ quod qđ erat ꝓstituĩt. In scđa oñdit quomõ ex eis fiat vnũ ibi. (Nunc aũt dicimus ꝓnũ.) In pria aũt pars diuidi tur ĩ duas. In pria mouet dubitationẽ. In secũda sol uit eã ibi. (Aut multipliciter dĩ pars.) In pria ps diui ditur ĩ duas dubitatiões: quas mouet ad idẽ pertinen tes ibi. (Amplius aũt si priores sunt ptes). Dicit er go primo ꝙ omnis diffinitio est qđã rõ. i. qđã compo sitio nosium ꝑ rationẽ ordinata. Unum. n. nomẽ non põt eẽ diffinitio. qz diffinitio oꝫ ꝙ distincte notificet ꝓncipia rerũ q̃ concurrũt ad cẽntiam rei ꝓstituẽdam: Alias aũt diffinitio nõ sufficiẽter manifestaret eẽntiã rei. Et pp hoc dicitur in primo phyſi. ꝙ diffinitio (di uidit diffinitũ in singularia) ideſt exꝓmit distincte singula principia diffiniti. Hoc aũt non põt fieri nisi ꝑ plures dictiones. Uñ vna dictio non ꝓt oẽ diffini tio: sed põt eẽ manifestatiua eo mõ quo nomẽ minus notũ manifestatur ꝑ magis notũ. Ois autẽ rõ partes habet. quia ẽ quedam oratio ꝓposita ⁊ nõ simplex no mẽ. Et iõ vĩ ꝙ sicut se habz rõ rei ad rẽ. ita se habẽt ptes rõis ad ptes rei. Et pp hoc dubitaꝫ vtꝝ oporteat rõnẽ ptiũ ponere ĩ rõne totiꝰ aut nõ. Et hec dubitatio exũde confirmatur. qz in quibusdam rõibus totoꝝ vi dẽtur eẽ rationes ptiũ ⁊ in qbusdã nõ. In diffinitione enim circuli nõ põitur diffinitio (incisionũ circuli). i. ptium ex circulo sepatarũ: sicut semicirculi ⁊ q̃rte par tis circuli. Sed diffinitio ſyllabe continet ĩ se diffini tionẽ (elemẽtorũ). i. litterarũ. Si. n. diffinitur ſyllaba oꝫ ꝙ dicaꝫ eẽ aliqua voꝝ ꝓposita ex lr̃is. Et sic in dif finitone ſyllabe ponitur lr̃a: ⁊ ꝑ conseqnẽs diffinitio eius. quia semꝑ vti possumus diffinitione ꝓ noĩe. Et tñ circulus diuidit ĩ incisiões vt in ptes: sicut ſylla ba (in elemẽta). i. in lr̃is. Quod autẽ hic dicitur ꝙ si cut se hẽt diffinitio ad rẽ ita se hẽt ps diffinitionis ad partẽ rei videtur hẽre dubitationẽ. Diffinitio. n. ẽ idẽ rei. Uñ vĩ sequi ꝙ partes diffinitionis sint idẽ in par tibus rei: quod ꝑz eẽ falsum. Nam partes diffinitio nis ꝑdicantur de diffinito sicut de homine: animal ⁊ rationale. Nulla autẽ pars integralis ꝑdicatur de to to. Sz dõdum ẽ ꝙ partes diffinitionis significãt ptes rei inq̃tũ a ptibus rei sumuntur. ptes diffinitiõis nõ. ita ꝙ partes diffinitionis sint partes rei. Non. n. aĩal ẽ pars hominis neq̃z rõnale: sz animal sumit ab vna pte ⁊ rõnale ab alia. Animal. n. ẽ quod hẽt naturã sẽ sitiuã. rõnale vero qõ hẽt rõnem. Natura aũt sensitiua ẽ vt materialis respectu rationis. ⁊ inde ẽ ꝙ ge nus sumitur a materia. differẽtia a forma. Species autẽ a forma ⁊ materia simul. Nam homo ẽ quod hz rationẽ in natura sensitiua.

Deinde cum dicit.

Amplius enim si priores sunt partes toto ⁊ recti acutus est pars ⁊ digitus hominis prior erit acutus recto: ⁊ digitus homine. Uidentur autem illa esse priora. Secunduz rationem nanq̃z dicuntur ex illis esse sine ve inuicem priora.

Ponit scđam dubitationẽ q̃ ẽ de põitate ptiũ. oẽs enim ptes videt eẽ põres toto sicut simplex cõposito. Acutus. n. angulus ẽ ps recti ãguli. Diuidit. n. rectꝰ angulus ĩ duos vl̃ plures angulos acutos. Et sĩr di gitus ẽ ps hois. Uñ vĩ ꝙ acutus angulus sit natura liter ꝓr recto. ⁊ digitus ꝓr hoĩe. Sz ecõtra videtur illa eẽ priora scilicet rectus acuto ⁊ homo digito. ⁊ hoc dupl̃r. Primo quidem scõm rationẽ. Per hunc enim modũ illa dicũtur eẽ ꝓra que in eorum rõnib⁹ ponũtur ⁊ non econtrario. Acutus. n. ⁊ digitus dicũ tur esse scõm rõnẽ. i. diffiniũtur ex illis: scilicet hoĩe ⁊ recto: vt dictum ẽ. vnde videtur ꝙ homo ⁊ rectus an gulus sunt põres digito ⁊ acuto angulo. Secũdo vo put dicũtur eẽ aliqua ꝓra ex eo ꝙ ẽ esse sine inuicẽ. Que. n. possunt eẽ sine aliis ⁊ non econtrario dicunt eẽ priora: vt in quinto ẽ hĩtuz sicut vnuz duobus. Ho mo aũt põt eẽ sine digito. Digitus autem non potest esse sine homine: qz digitus abscisus non ẽ digitus: vt infra dicetur. Unde videtur ꝙ homo sit prior digito. Et eadem ratio est de recto ⁊ acuto.

Deinde cum dicit.

Aut multipliciter dicitur pars: quorum vnus quidem modus est qui mensurat se cundum quantitatem. Sed hic quidem pre termittatur: ex quibus vero substantia est partibus perscrutandum est. Si igitur est hoc quidem materia: illud vero species Ali ud ex his ⁊ substantia est materia ⁊ species ⁊ quod ex his est ⁊ quidem vt materia dicitur pars alicuius. Est autem vt non: sed ex qui bus speciei ratio vt concauitatis non est ps caro. Hec nanq̃z materia in qua fit. simita tis vero pars aliqua est: ⁊ totius quidem statue pars est es: eius aũtem quod species dicitur statue non. Dicendum enim speciem ⁊ inquantum habet speciem vnumquodq̃z. Sed materiale nunquam secundum se est dicendum. Quapropter circuli ratio nõ ha bet eam quę est incisionum: sed que ſyllabe eam que est elementorum. Nam elementa rationis partes sunt sicut speciei: ⁊ non ma teria. Incisiones vero huiusmodi: sicut par tes vt materia in quibus fiunt propinquus tamen speciei: quam quando in ere fit rotun ditas. Est autem vt neque elementa omnia ſyllabe in ratione insunt. vt hec cerea: aut que sunt in aere. Jam enim ⁊ hec pars ſyllabe quasi materia sensibilis. Etenim linea non si in dimidia corrumpitur: aut homo in ossa aut neruos ⁊ carnes. propter hoc ⁊ sunt ex his sicut entibus substantie partibus. Sed vt ex materia. Etenim quidem ꝙ simul to tum partes. Speciei vero ⁊ cuius ratio non adhuc. Quapropter nec in rationibus. Ho rum quidem igitur erit talium partium ra tio: horum vero non oportet inesse si non fue rint simul sumpta. Nam propter hoc qui dem quedam ex his vt principiis sunt in que corrumpuntur: quedam vero non sunt. Quecunqꝫ quidem igitur sumpta species ⁊ materia sunt: vt simum ⁊ eneus circulus. Hec quidem corrumpuntur in hoc ⁊ pars ipsorum materia. Quecunqz vero non con cipiuntur cum materia: sed sine materia: vt

UVA. BHSC. IyR_086_1

rationes speciei solum: hec non corrumpuntur: aut omnino: aut taliter non quare illorū quidem principia ⁊ partes que sunt sub ipsis. speciei vero nec partes nec principia hec. ⁊ omnino corrumpitur lutea statua in lutum ⁊ spera in eis ⁊ Callias in carnē ⁊ ossa. Amplius autem circulus in incisiones. Est enīz aliquis qui concipitur cum materia. Equivoce nanq; dicitur circulus qui simpliciter dicitur ⁊ singuli. quia non est proprium nomen singulorum.

¶ Solut ppositas qōnes. Et dividitur in tres partes. In prima ponit solutionem. In secunda exponit eam ibi (Dictū est igitur nūc ipsum). Tertio determinat quandā dubitationē que ex predicta solutione oriri potest ibi) Dubitabit autē merito)ad euidentiam autē hoz que in hoc capitulo dicunt. Sciendū est q circa diffinitiōes rerū ⁊ earum eēntias duplex est opinio. Quidā. n. dicunt q totas eēntia spēi est ipsa forma: sicut q tota eēntia hois. est aīa. Et propter hoc dicunt q eadē secundū rem ē forma totius q̄ significatur noīe hūanitatis. ⁊ forma ptis que significat noīe aīe: sed differūt solū secundū rationē. nā forma ptis dicit secundū q̄ pficit mām ⁊ facit eā esse in actu. forma aūt totius secūdū q̄ totū cōpositum p eam in spē collocat. Et ex hoc volūt q nulle ptes materie ponant in diffinitiōe indicante speciem: sed solū principia formalia speciei. Et hec opinio videt Auerroys quorundam sequentiū eum. Sed videtur esse contra intentionē Aristotelis. Dicit enīz superius in sexto: q res naturales habent in sui diffinitiōe materiam sensibilem. Et in hoc differūt a mathematicis. Lec.1. Non aūt potest dici q̄ substantie naturales diffiniūtur per id quod nō sit de essentia earum. Substantie enim nō habent diffinitionē ex additione: sed sola accidentia: vt supra est habitum. Unde relinquitur q̄ Lec.4. materia sensibilis sit pars eēntie substantiaz naturalium nō solum quantum ad individua sed etiaz quātum ad species ipsas. Diffinitiones enim nō dantur de idividuis: sed de speciebus. Unde ⁊ hec est alia opinio quā sequitur Auicenna. Et secundū hanc forma totius que est ipsa quidditas speciei differt a forma ptis sicut totū a pte. Mā qditas speciei ē cposita ex mā ⁊ forma: nō tamē ex hac forma ⁊ ex hac materia indivisua. Et his. n. componit individuum vt Socr. ⁊ Callias. Et hec ē sentētia Aristo. in hoc capitulo quam introducit ad excludendū opinionē ¶Platonis de ideis. Dicebat. n. species rerū nālium esse per se exītes sine mā sensibiliū: quasi materia sensibilis nō esset aliquo modo pars spēi. Oīno ergo q̄ materia sensibilis sit pars spēi in rebus nālibus oīditur q̄ impossibile est esse spēs rerum naturaliū sine mā sensibili sicut hoiem sine carnibus ⁊ ossibus: ⁊ sic de aliis. Et hic erit tertius modus destruendi ideas. Lec.10 Qui primo destruxit per hoc q̄ quod qd erat esse non est separatū ab eo cuius. est. Secūdo per hoc q̄ spēs separate a mā non sunt cause generationis neq; p modum generantis: neq; per mōz exēplaris. Nunc aūt tertio improbat eam p hoc q̄ materia sensibilis i cōmuni est ratio spēi. Dicit ergo soluendo q̄ multipliciter dicitur pars sicut in. v°. est habitum ⁊ vno modo totū secundū quantitatem sicut bicubitū est pars cubiti ⁊ binarius senarij. Sed hic modus partium pretermittatur ad presens. Non enim intendimus hic inquirere partes quātitatis: sed intendimus inquirere de partibus diffinitionis que significant substantiam rei. Unde perscrutandum est de illis partibus ex quibus substantia rei componitur. ¶Pars āt subē est ⁊ materia ⁊ forma ⁊ ex quibus est aliquid cōpositum. Et quodlibz istoz trium. s. materia ⁊ forma ⁊ cōpositū ex his est subā vt. s. habitū est. Et iō mā est quidē quodāmō pars alicuius quodāmō nō est: sed solum illa ex quibus est (ratio spēi. i. forma. Intelligimus enim concauitatē q̄si formam ⁊ nasum materiam ⁊ simum q̄si compositum ⁊ scōm hec caro que est materia vel pars materie nō est pars concauitatis que ē forma vel spēs. Mā caro est materia in qua fit spēs. Sed tamen caro est aliqua pars simitatis: si tamen simitas intelligitur esse quoddam compositū ⁊ non solū formā. Et similiter totius quidem statue que est cōposita ex materia ⁊ forma pars est es. Nō autem est pars statue secundū q̄ statua accipitur solum (pro spē). i. pro forma Et vt sciatur quid est species ⁊ qd est materia: dicendū est illud ad spēm pertinere quod convenit vnicuiq; in quantum speciem habet. Sicuti inquantū hēt spēm statue convenit alicui q̄ sit figuratum vel aliquid aliud huiusmodi. Sz id quod est materiale ad spēm nūq̄ dicendum est secundum se de specie. Sciendum tū est q̄ nulla materia nec cois nec indivisuata secundum se se habet ad speciem prout species sumitur pro forma Sed secundū q̄ species sumitur pro vniuersali sicut homi nem dicimus esse spēm sic materia cōmunis per se ptinet ad spēm: non aūt materia indivisualis in qua natura spēi accipit. Et iō dicēdū est q̄ diffinitio circuli non ptinet in se diffinitionē icisionū. i. ptium ex circulo icisaz vt semicirculi vel quarte ptis circuli. Sed diffinitio q̄ est syllabe oz̄ebēdit in se diffinitionē q̄ est (elemētoz). i. litterarū. Et huius ratio est q: (elemēta). i. littere sūt partes syllē quantum ad speciem suam ⁊ nō secundū materiā. Ipsa. n. forma syllabe in hoc consistit q̄ ex litteris componatur. Sed incisiones circuli sunt partes nō circuli secundū speciem accepti: sed huius circuli particularis vel hoz circuloz: sicut materia in qua fit spēs circuli. Et hoc accipi potest ex regula superius posita ¶Hoc aūt dixit ad spēm pertinere quod secundum se inest vnicuiq; spēm habenti: ad materiam vero qō accidit spēi. ¶Per se autem accidit syllabe q̄ ex litteris cōponat. Quod aūt circulus sit actu divisus in semicirculos. hoc accidit circulo non inq̄tū est circulus sed inq̄tū est hic circulus: cuius hec linea dividitur que est ps eius vt materia. Unde patet q̄ semicirculus ē pars circuli secundum materiā individualem. Unde ista mā que est hec linea est propinquio: spēi q̄ es: quod ē mā sensibilis qū rotunditas que ē forma circuli fit in ere: q: species circuli nūq̄ est preter lineā. Est aūt preter es. Et sicut partes circuli que sunt secundum materiam individualē non ponunt in eius diffinitione: ita etiam nec omnes littere ponūtur in diffinitione syllē que. s. sūt partes cū materia vt littere descripte in cera vel prolate in aere. ¶Hec enim iā sunt partes syllē sicut materia sensibilis Non. n. oportet q̄ omnes partes in quas res aliqua resoluta corrumpitur sint partes substantie. Non enim si linea divisa i duo dimidia corrumpitur: aut si homo resolutus in ossa ⁊ neruos. ⁊ carnes corrumpitur: propter hoc sequitur q̄ linea sit ex dimidijs ⁊ homo ex carnibus ⁊ ossibus ita q̄ ista sint partes substantie eius: sed sunt ex istis partibus sicut ex materia. Unde sunt partes eius quod est (simul totum). i. compositū. (Sed speciei). i. forme (⁊ cuius est ratio). i. eius quod diffinitur: non adhuc sunt partes. Quapp mille tales partes ponūtur in rationibus convenienter. Sciendū tamen q̄ ratio talium partium in quorundaz diffinitionibus ponitur. s. in diffinitionibus compositorum quorum sunt partes. In quorūdam vero diffinitionū

¶

UVA. BHSC. IyR_086_1

bus non oportet poni. s. in diffinitione formariū: nisi sint tales forme que sint simul sumpte cū materia. Licet. n. materia nō sit pars forme: tamen materia sine qua non potest concipi intellectu forma: oportet quod ponatur in diffinitione forme: sicut corpus organicum ponitur in diffinitione aīe. Sicut enim accidentia non habent eē pfectum nisi secundum quod sunt in subiecto: ita nec forme: nisi secundum q̄ sunt in propijs materijs. Et propter hoc sicuti accidētia diffiniuntur ex additiōe subiecto: ita ⁊ forma ex additione proprie materie. Cū igitur in diffinitione forme ponitur materia est diffinitio ex additione: nō ātem cum ponitur in diffinitiōe compositi. Vel hoc quod dicit (si nō fuerit simul sumpta) est exemplificatio eiꝰ q̄ dixerat (horuꝫ nō oportet inesse.) In illis enī partes materie non oportet in diffinitionibus poni que scilicet non sumunt simul cū materia: vel que non significant aliquid compositum ex materia ⁊ forma. Et hoc patet: quia propter hoc q̄ in quorundā rationibus nō ponitur materia: in quorundā vero ponit. Contingit q̄ quedam sunt (sicut ex principijs ex his in que corrumpitur). i. ex partibus in quas aliquid per corruptionē resoluitur. Et hec sunt illa in quorum diffinitionibus ponuntur materie. Quedā vero non sunt ex predictis partibus mālibus sicut ex pricipijs: sicut illa in quorum diffinitionibus non ponitur materia. Et quia in istorū diffinitiōibus ponit materia que sunt simul accepta cū materia: nō antez in alijs: (ideo quecunq̄ sunt simul sumpta species cū materia) idest quecunq̄ significant aliquid compositū ex materia ⁊ forma vt simū: aut eneus circulus huiusmodi corrumpunt in partes materiales ⁊ pars istorum est materia. Illa vero que non cōcipiunt in intellectu cū materia: sed sunt omnino sine materia sicut illa que pertinent solum ad rationē speciei ⁊ formē: ista vel non corrūpuntur omnino vel non corrūpuntur (taliter) idest per resolutionē in aliquas partes materiales. Quedam vero forme sunt que nullo modo corrūpunt sicut subē itellectuales p se exītes. Quedā vero forme nō per se exītes corrūpuntur p accidens corrupto subiecto. Quare patet q̄ huiusmodi partes materiales sunt principia ⁊ partes eorum (que sunt sub ipsis). i. que ab eis dependent sicut dependet totum ex partibus ex qbus cōponit. Non autē sunt partes nec principia speciei. Et propter hoc cōpositum vt statua lutea corrūpitur resoluta in materiā idest in lutuz: ⁊ spera enea in es: ⁊ Callias qui ē homo particularis in carnem ⁊ ossa. Et similiter circulus particularis constans ex his lineis diuisis corrūpitur ī icisiones. Sicut enim Callias est aliqs hō qui cōcipitur cū materia idiuiduali: ita circulus cuius sūt ptes iste icisiones: ē aliqs circulus particularis q̄ cōcipit cū idiuiduali mā. Hoc tū differt ga singulares hoīes hīt nomē pprū. Unde nomen spēi nō equinocat ad indiuidua sed nomē circuli equoce dī de circulo (q̄ simpliciter). i. vlr dicit ⁊ de singulis particularibus circulis. Et hoc iō: q̄ singulis particularibus circulis nō sunt noīa posita: sed noīa posita sūt singularū hominū. Attendendū ē autē q̄ nomē spēi nō equoce p̄dicatur de idiuiduo scōm q̄ p̄dicat de eo cōmunē nāz spēi. ‖Predicaret aūt equivoce de eo si p̄dicaretur inq̄tū significaret hoc idiuiduū put huiusmōi. Si. n. dicā Socr. est hō nō equivocat nomē hois. Sed si hoc nomē hō imponat alicui singulari homini vt pprū nomē equivoce significabit spetiem ⁊ hoc idiuiduū. Et sīlr de nomine circuli. q̄ō equinoce significat speciē ⁊ hunc circulū.

Lo. 35. d Dictum est igitur: ⁊ nunc ipsum verum ⁊ causam amplius manifestius dicemus repetentes. Nam quecunq̄ sunt rationis partes: ⁊ in quas diuiditur ratio: he sunt priores: aut omnes: aut quedam. Recti vero ratio non diuiditur in acuti rōnem sed q̄ est acuti in q̄ est recti: vtē aūt diffiniens acutū recto: minor enīz recto acutus: similiter autem ⁊ circulus ⁊ semicirculꝰ se habent semicirculus enim diffintur circulo: ⁊ digitus toto: talis enim hominis pars digitus. quare quecunq̄ sunt partes vt materia: ⁊ in que diuiditur vt materiam sunt posteriora: quecunq̄ vero vt rationis ⁊ subsītie secundum rationem: priora autem omnia aut quedam.

¶ Lectio decima.

q Via solutio superiꝰ posita nō erat vsque quaq̄ mānifesta: nōdū. n. oīderat qūo partes sint priores ⁊ posteriores: nec itez distinxerat compositum vniuersale a particulari: nec ēt spēm a forma: nō hic solutionē supius positā explanat. Diuidit autē in partes duas. In prima explanat solutionē supius positā In scōa docet qualiter fit ad q̄stionē applicanda ibi. Interrogatiōi vero obniare. ‖Prima diuidit in duas. ‖Primo solvit q̄stionē q̄stū ad hoc q̄ q̄situm fuit de prioritate ptū. Scōo q̄stū ad hoc q̄ q̄sitū fuit vtrū partes diffiniri intrēt diffinitionē ibi (. Sz rōnis partes). ‖Prima dinditur in. d. ‖Prio oīdit quo partes sunt priores toto. Scōo manifesta p exēplum ibi. (Qm̄ vero alīz aīa.) Dicit ergo primo q̄ id qō supius est dictū in solutiōe ꝓposita: vex qdē est in setū repetēdū ē vt amplius fiat manifestū: quantuz ad hoc qō dictū ē. Oz. n. q̄ oēs partes rōnis ⁊ in quas rō diuidit sint priores diffinitio vel oēs vel quedaz. Et hoc dicitur pp hoc q̄ partes forme q̄ūq̄ nō sunt de necessitate spēi sed de pfectione: sicuti visus ⁊ auditus que sūt partes anime sensibilis nō sūt de integritate vel necessitate animalis. ‖Dōt. n. eē animal. sine his sensibilib⁹. Sunt. n. de pfectiōe aīalis q̄ animal pfectū hos ēt sensus hēt. Et sic vlr est vex q̄ ille partes q̄ ponūtur in diffinitiōe alicui⁹ sunt vniuersaliter priores eo. Sz acutus angul⁹ q̄ūis sit pars recti: nō tū ponitur in diffinitiōe eius: sed ecōuerso. Nō. n. rō recti anguli resolvitur ī diffinitionē acuti: sed ecōuerso. Qui. n. diffinit acutū vtitur recto diffiniēdo Angulus. n. acutus ē angulus minor recto Et similiter ē de circulo ⁊ semicirculo q̄ diffinitur p circulū. Est. n. media pars circuli. Similiter est de digito ⁊ homine q̄ ponitur in diffinitione digiti. Diffinitur enīz digitus q̄ ē talis pars hoīs. Dictum ē. n. s. q̄ partes forme sunt partes rōnis: nō aūt partes materie. Si igitur sole ptes rōnis sunt priores nō aūt materie: sequitur q̄ quecūq̄ sint partes diffiniti (sicut materia) in qua. s. resolvitur diffinitū vt cōpositū ī mālia principia sunt posteriora. (Quecūq̄ vero sunt partes rōnis ⁊ subē que ē secundū rationem). i. partes forme secundum quā sumitur ratio rei sunt priora toto: aut omnia aut quedam ratione superius dicta.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā vero animalium aīa: hec. n. substantia est aīati que secundum rōnem: substantia est ⁊ species: ⁊ qō qd erat esse tali corpori: vniuscuiusq̄ pars n. si diffiniatur bene non sine sensu: quare huiusmōi partes priores aut oēs aut quedam simul toto animali ⁊ secundum vnūquodq̄ ita similiter. Lo.

UVA. BHSC. IyR_086_1

pus vero ⁊ huiusmodi partes posteriores sunt hac substantia: diuiditur in hec vt in materiam non substantia sed simul totum eo q̄dem igitur q̄ simul totū priora: quia hec est vt fic: est autem vt nō neq̄. n. p̄t esse separata neq̄. n. quocunq̄ modo se hīs digitus animalis sed equiuocus qui mortuus: q̄daz vero simul quecūq̄ principalia: ⁊ in quo rō ⁊ subā: puta si hoc cor aut cerebrum: nihil. n. differt vtrum tale. Homo autē ⁊ equus ⁊ que ita singularibus. vniuersaliter autez. nō sunt substantia sed simul totum quoddaz ex materia hac ⁊ hac rōne vt vniuersaliter: singularē vero ex vltima materia: Socrates iā est. ⁊ in aliis similiter pars igitur quidem est ⁊ speciei. Speciem aūt dico quod quid erat esse: ⁊ simul totius eius quod ex specie ⁊ materia ipsa.

¶Exponit quod dixerat per exempla dicens q̄ aīa animalium (cuz sit subā aīati secundum rationē). i. forma animati aqua animatū hz propriā rationem: ē subā. i. forma ⁊ spēs ⁊ quod qd erat esse tali corpori. s. organico. Corpus enī organicum non pōt diffiniri nisi p̄ animā. Et secunduz hoc aīa dicitur q̄ quid erat eē tali corpori. Et q̄ hoc si verum pz per hoc q̄ si aliquis bū diffiniat cuiuscunq̄ aīalis partē: nō pōt eam bū diffinire nisi per ppriā operationē. Sicut si dicatur q̄ oculus est pars animalis per quaz videt. Ipsa autē operatio partium nō existit sine sensu vel motu vel aliis operationibus partium aīe. Et sic oz q̄ diffiniens aliquā partem corporis vtatur anima. Et quia ita est. oz q̄ partes huius. s. anime sint priores (vel omnes sicut ipfectis aīalibus) vel q̄dam (sicut in iperfectis aīalibus (simul toto). i. eo qō ē cōpositum ex aīa ⁊ corpore. Et similiter est vnumq̄q̄ aliud: quia semp oportet q̄ partes formales sint priores quolibet cōposito. Sed corpus ⁊ partes corporis sunt posteriores hac subā. s. forma que est anima cuz oporteat animam in eius diffinitione poni: vt iaz dictum est. Et id quod diuiditur in partes corporis vt in materiā non est (ipsa subā). i. forma sed (simul totum). i. composituz. ¶Patet igitur q̄ partes corporis sunt priores (simul toto). i. composito quodāmodo. ⁊ quodāmodo non. Sunt quidem priores sicut simplex composito inquantum animal compositam ex eis constituitur. Sunt autem non priores secundum mōm quo dicit eē p̄i? id quod pōt eē sine alio. Nō enī partes corporis possunt eē separate ab all Non enim dicit? quocūq̄ modo se hīs ē digitus. Ille. n. qui ē decisus vel mortuus nō dicitur digit? nisi equiuoce: sicut digitus sculptus vel depict? Sed secūdū hāc cōsiderationē huiusmōi partes sunt posteriores composito aīali: q: al'. sine digito eē potest. Sed que dā partes sunt que licet non sint priores toto animali hoc mō priozitatis quia nō possunt eē sine eo: sunt tamē scōm hanc ꝯsiderationē simul: q: sicut ipse partes nō possunt eē sine integro aīali: ita nec integrum aīal sine eis. Huiusmōi autē sunt partes principales corporis in qbus primo cōsistit forma. f. aīa. s. cor. vl cerebz. Nec ad propositū differt qcqd tale sit. Sciēdum tñ q̄ hoc cōpositū qō est animal vel hō potest dupliciter sumi vel sicut vniuersale vl sicut singulaī Sicut vniuersale quidē sicut hō ⁊ al'. Sicut singulare vt Soc. ⁊ Callias. Et iō dicit q̄ hō ⁊ equ? ⁊ que ita sunt in singularib? sed vniuersaliter dicta sicut homo ⁊ equus (nō sunt subā). i. nō sunt solū forma: sed sunt simul totū quoddā compositū ex determiata materia ⁊ determinata forma: nō qdē vt singulariter: sz vniuersaliter. Homo. n. dicit aliqd compositū ex aīa ⁊ corpore nō autē ex hac aīa ⁊ hoc corpore. Sed singulare dicit aliqd cōpositū (ex vltima mā. i. mā indiuiduali Est. n. socr. aliqd cōpositus ex hac aīa ⁊ hoc corpore. Et similiter est in aliis singularibus. Sic igitur patet q̄ materia est pars speciei. Spēm autē hic intelligimus non formam tantum: sed qō quid erat esse. Et patet ēt q̄ materia est pars ei? totius qō ē ex spē ⁊ materia idest singularis qō significat naturam spēi in hac mā determiata. Est. n. mā pars cōpositi. Cōpositū autem ē tā vniuersale q̄z singulare.

¶Deinde cum dicit.

¶Sed rationis partes que speciei solum sunt: ratio vero ipsius vniuersalis: circulo enīz esse ⁊ circulus: ⁊ anime esse ⁊ aīa idem. simul autem puta circuli huius ⁊ singulariū alicuius aut sensibilis aut intellectualis: Intellectuales autem dico vt mathematicos: ⁊ sensibiles vt ereos ⁊ ligneos: horum autem non est diffinitio: sed cum intelligentia aut sensu cognoscuntur: hec autem cum actu videntur: abeuntes vero ex actu non palam vtrum quidem sunt aut non sunt: sed semper dicuntur ⁊ cognoscuntur vniuersalis ratione materia quidem ignata secunduz se. ¶Materia vero alia sensibilis: alia intellectualis: sensibilis quidem vt es ⁊ lignum ⁊ quelibet mobilis materia: intellectualis vero que in sensibilibus existit non inquantum sensibilia: vt mathematica. Quomodo igitur habet de toto ⁊ parte ⁊ priore etiā posteriore dictum est. Lo. 36.

¶Oñdit que partes debeant poni in diffinitiōe. Cū enī oñsum sit que partes sūt speciei: ⁊ que partes indiuidui: q: mā cōiter sumpta est pars spēi: hec autez materia determinata est pars indiuidui: manifestū est q̄ solū ille partes sunt partes rōnis que sunt ptes spēi: non aūt que sunt partes idiuidui. In diffinitiōe enī hoīs ponit caro ⁊ os: sed nō hec caro ⁊ hoc os. Et hoc iō q: ratio diffinitiua non assignatur nisi vniuersaliter. Cū enī qō quid erat eē sit idē cuz eo cuius est vt. s. ostensum est: illius tantū erit diffinitio que ē ratio significans quid erat eē qō est idez cū suo quod quid erat eē. Huiusmōi aūt sunt vniuersalia ⁊ nō singularia. Circulus. n. ⁊ id quod ē circulo eē sunt idez. Et sīr anima ⁊ id quod ē anime eē. Sed ipsoz que sunt cōposita ex spē ⁊ materia idiuiduali: sicut circuli huius: aut alicuius alioz singulariū. Horū non ē diffinitio. Nec differt vtrum singularia sint sensibilia vl intelligibilia. Singularia quidē sensibilia sūt sicut circuli erei ⁊ lignei. Intelligibilia singularia sunt sicut sunt circuli mathematici. Quod autē in mathematicis ꝯsideret aliqua singularia: ex hoc pz ga ꝯsiderantur ibi plura vnius spēi: sicut plures linee q̄les ⁊ plures figure similes. Dicunt aūt itelligibilia huiusmōi singularia scōm q̄ absq̄ sensu cōprehendunt p̄ solā fantasiā: que q̄q̄ intellectus vocat scōm illud in tertio de anima (itellectus passivus corruptibilis ē). Iō aūt singulariū circuloz nō est diffinitio: q: illa quoz est diffinitio cognoscunt p̄ suā diffinitionē. Sed singularia nō cognoscunt nisi dum sūt sub sensu vl ima Lec. 5. Lec. 10

UVA. BHSC. IyR_086_1

ginatiõe que hic itelligẽtia dr quia res cõsiderat sensus sicut intellectus. Sz huiusmõi singulares circuli (abeũtes ab actu). i. recedẽtes ab actuali inspectiõe sensus q̃tum ad sensibiles: aut imaginationis q̃tum ad mathematicos: nõ ẽ manifestũ vtrũ sint inq̃tum sunt singulares. Sed tñ semp dñr ⁊ cognoscuntur p rõnẽ vniuersalis. Cognoscunt̃. n. hi circuli sensibiles etiã qñ non actu vidẽtur: inq̃tũ sunt circuli nõ inq̃tũ sunt hi circuli. Ratio aũt huius ẽ q: mã que principiũ est indiuiduatiõis ẽ secundũ se ignota ⁊ non cognoscit nisi per formam a qua sumit̃ rõ vniuersalis. Et ideo singularia nõ cognoscunt̃ in sua absentia nisi p vniuersalia. Materia aũt non solũ ẽ principiũ indiuiduatiõis in singularibus sensibilibus: sed etiã in mathematicis. Mã. n. alia ẽ sensibilis alia intelligibilis. Sensibilis quidẽ vt es ⁊ lignũ vel etiam quelz mã mobilis vt ignis ⁊ aqua ⁊ huiusmõi oĩa. Et a tali mã indiuiduant̃ singularia sensibilia. Intelligibilis vo mã est q̃ est in sensibilibus nõ inq̃tũ sunt sensibilia: sicut mathematica sunt. Sicut. n. forma hois ẽ in tali materia q̃ ẽ corp⁹ organicũ: ita forma circuli vel triãguli ẽ in hac mã que ẽ continuũ vel supficies vel corp⁹ Cõcludit igit̃ quod dictũ est: quomodo se habet de toto ⁊ parte ⁊ de priori ⁊ de posteriori. i. cuius ps sit pars: ⁊ quomodo sit prior ⁊ quomodo posterior. Partes. n. materie indiuidue sunt partes cõpositi singularis: non aũt spẽi nec forme. Partes ãt materie vniuersalis sũt partes speciei: sed nõ forme. Et quia vniuersale diffinitur ⁊ non singulare: ideo partes materie indiuidualis non ponunt̃ in diffinitione sed solũ partes materie cõmunis simul cuz forma vel partibus forme. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Interrogationi vero obuiare est necesse quando quis interrogat vtrum rectus ⁊ circulus ⁊ animal priora: aut in quas diuidunt̃: ⁊ ex quibus sunt partes: quia non simpliciter. siquidem enĩ est ⁊ anima animal aut animatum aut vnũquodq̃ que vnicuiq̃: ⁊ circulus que circulo esse: ⁊ rectus q̃ recto esse: ⁊ substantia recti quid quidem: ⁊ quo dicendum est posterius puta his que in ratione ⁊ que recto vniuersali: etenim hic quidez est materia qui eneus rectus: ⁊ qui in lineis singularibus partibus prior: simpliciter autem non dicendum. Si vero altera ⁊ non est anima aĩali: ⁊ sic hoc quidem dicendũ: hoc autem non dicendum sicut dictum est.

¶ Adaptat solutionẽ ppositã q̃stioni prius mote dñs q̃ necesse ẽ obuiare p predictã solutionẽ iterrogationi quando qs iterrogat vtrũ rectus angulus: aut circulus ⁊ aĩal sint priora ptibus: aut ecõuerso ptes i q̃s huiusmõi diuidunt̃ ⁊ ex qbus ꝯponunt̃ sũt priores: Dicendũ q̃ nõ est simpliciter rñdendum. Est. n. duplex opinio. Quidã. n. dicunt q̃ idẽ est tota spẽs ⁊ forma sicut aĩa qõ hõ. Quidã aũt q̃ nõ: q: hõ est cõpositum ex aĩa ⁊ corpe. Et scõm vtrãq̃ opinionẽ ẽ diuersimode rñdendũ. Si. n. idẽ est aĩa qõ aĩal vel aĩa tum: aut similiter vnũqõq̃ est idẽ cũ forma vniuscuiusq̃ vt circulus idẽ cũ forma circuli: ⁊ rect⁹ angul⁹ idẽ cũ forma recti: dicendũ ẽ determinãdo qd sit posterius: ⁊ quo sit posteri⁹: q: secundũ hoc partes mẽ sunt posteriores his que sunt in rõne: ⁊ sunt etiã posteriores aliquo recto. s. recto cõmuni: sz sũt priores recto singulari. Hic. n. rectus qui ẽ eneus: ẽ cum mã sensibili. Et hic rectus qui ẽ cum lineis singularib⁹ ẽ cũ materia intelligibili. sed ille rectus qui ẽ sine materia scilicet cõis erit posterio: partib⁹ forme q̃ sunt in rõne: sed erit prio: partibus mẽ q̃ sũt ptes singularium. Hec erit secundũ hãc opinionẽ distinguere inter materiã cõmunẽ ⁊ idiuidualẽ. Sed tñ simpliciter nõ erit rñdendũ: q: erit distinguẽdũ inter partes materie ⁊ partes forme. Si ãt alia opinio sit vera. s. q̃ aĩa sit aliud q̃ aĩal: sic erit dicendũ ⁊ nõ dicendũ ptes ẽ priores toto sicut determinatũ est prius. Secũdũ. n. hãc opinionẽ docuit supius distinguere nõ solũ inter materiã ⁊ formã: sed inter materiã cõez que est pars speciei ⁊ iter materiã idiuidualẽ q̃ ẽ pars idiuidui.

Dubitatur autem merito que speciei sunt partes: ⁊ que non sed simul sũpti: hoc. n. non manifesto existente non est diffinire vnumquodq̃: vniuersalis enim ⁊ speciei est diffinitio: que igit̃ sunt partium vt materia: ⁊ que non fuerint mãifeste: nec ratio erit manifesta que rei

¶ Lectio vndecima.

¶Inducit quoddam corrolariuz dicens q̄ ex dictis manifestū est de imobilibus nō est deceptio secūduz quando.In contingentibus vero contingit decipi secundum quando in his.s.que nō semper sunt vt puta si.Sor.est sessurus ⁊ hoc aligs putet(pōt aliquis decipi i eo q̄ putet eum sessurū) quando nō est sessurus.Et similiter si putet eclipsim futuram quādo nō est futura.Sed in rebus imobilibus ⁊ que sp sūt nō potest contingere nisi modo.s.si qs putet ea esse mobilia ⁊ non semper esse.Tunc enim decipitur in eis secundū quādo.Et ideo dicit si quis putet ea esse imobilia nō decipiť in eis ꝑz qñ vel ß dicit quia si qs putat ea esse imobilia nō putabit ea quandoqz esse ⁊ quandoqz nō esse.Et sic nō decipitur in eis secundū quando.Ut si quis putet triangulum non permutari non opinabitur q̄ quādoqz habeat duos rectos q̄tū ad equalētiā ⁊ quādoqz nō. Sic.n.permutaretur ⁊ nō pmutaretur.Sed in rebus imobilibus ꝓuenit sub aliquo cōmuni accipere aliquid quod sic se habet ⁊ aliquid quod nō sic.puta sub triāgulo aliquem eglaterū ⁊ aliquē nō.Et cōuenit dubitari de numero pari vtrū nullus sit primus vel aliqui sint pmi aliq non.Numerus pmus dī quem sola vnitas mensurat.Unde iter numeros pares solus binarius est primus ⁊ nullus aliorū.Et circa vnum numero i rebus imobilibus nō conuenit errare ac decipi inq̄tuz ad hoc.Non enī in eodē numero potest aliquis putare aliquē sic se habere ⁊ aliquē nō sic.Unum enī numero nō diuiditur i multa.Unde oportebit q̄ simpliciter dicat verū vel falsū cū illud vnum numero semp similiter se habeat nec sit in eo accipere diuersitatem nz q̄tum ad tēpus neqz q̄tum ad suppposita. Ex qb⁹ apparet q̄ verū est magis circa actum imobilia enī inq̄tum huiusmodi semper sunt actu.

¶Diui thome aquinatis in decimū librū metaphisice Arist.preclarissima cōmentaria.

¶Incipit liber decimus.

Num quia multis modis dicit in diuisis de quotiens dictum est prius.multipliciter vero dicto capitales modi sunt q̄ttuor: primorum. ⁊ secundū se dictorum vnū. sed non secūdū accidens.continuum enī aut simpliciter aut maxime q̄ natura ⁊ non tactu.nec ligatione ⁊ horum magis vnū ⁊ prius.cuius indiuisibilior motus est.⁊ magis simplex Co.1.

¶Lectio prima.

Uperius in.4.huius phūs ostēdit q̄ ista sciētia hēt pro subiecto ens ⁊ vnū qō cum ente cōuertitur.⁊ ideo postq̄ determinauit de ente per accidens ⁊ de ente qō significat veritatez propositiōis in .vj.⁊ de ente p se secunduz q̄ diuidit p.x. predicamenta in.vij.⁊ i.viij.⁊ secundum qō diuiditur per potentiā ⁊ actum i.ix:Nūc i hoc.x.itendit determiare de vno ⁊ de his que cōsequuntur ad vnū.Et diuiditur i duas partes.In prima determinat de vno secundum se.In secunda per cōparationem ad multa ibi.(Opponuntur aūt vnum ⁊ multa. ¶Prīa diuiditur in duas.In prima ostendit quot modis vnum dī.In secunda determinat q̄dam proprietatem eī⁹ ibi.(Maxime vero i eo q̄ est necesse esse.) ¶Prima i q̄tes.In prima determinat qō modis dicitur vnū. In secunda reducit omnes illos ad rationē vnaz ibi (Dicitur qdem vnum.) In tertia ostendit quot modis vnū predicať de his de qbus dicitur ibi.(Oportet autem intelligere.)Circa primuz ponit quattuor modis dicendi vnum dicens q̄ in.v.libro ostensuz est quotiens dicantur nomina que pertinent ad considerationē huius sciētie Dictum est.n. q̄ vnū dicit multis modis.Sed cū multipliciter dicatur vnum principales modi sunt quattuor:ita tamē q̄ dicamus modos vnius secundū quo vnuz dicitur p̄mo ⁊ p se ⁊ nō per accidēs.Nam vnū per accidēs habet alios suos modos ⁊ iter modos vnius dicti p se vnus modus est secundū quod cōtinuuz dicitur vnuz. Quod quidem accipi potest dupliciter aut vniuersaliter.s. quocunqz modo sit aliquid cōtinuum dicatur vnuz. aut vnum continuitate soluz quod secunduz naturaz est continuuz quod maxime continuuz est ⁊ non est Lec.3. Lec.8.

UVA. BHSC. IyR_086_1

continuum per violentiaz.aut artem neqz per aliuz modum contactus sicut patet in castraturis lignorũ neqz per aliquã cõtinuitatem sicut in his que continuantur vel ligãtur clauo vel quocunqz vinculo. Continuuz autez secundũ naturaz dicitur dupliciter .s.quod ẽ totum vniforme vt linea recta.aut etiã circulare ⁊ qꝫ non est totuz vniforme sicut due linee cõstituentes angulum in quo continuantur. Maxime autem horũ est vnum ⁊ prius vnum quod dicit linea recta vel circularis.q̃ linee anguluz constituentes. Nam linea recta oportet qꝫ habeat vnum motum. Non enim potest esse qꝫ vna pars eius moueatur ⁊ alia quiescat nec vna sic moueat alia vero aliter. Sed tota simul ⁊ vno motu mouetur. Et similiter etiam i circulari est. Sed i duobus continuis constituentib⁹ angulum hoc nõ conuenit. ¶Possumus enim imaginari qꝫ vna linea quiescat ⁊ altera moueat ei approximans ⁊ minorez angulũ constituat aut ab ea elõgata ⁊ constituens angulum maiorez. Uel etiam qꝫ vtraqz moueat i diuersas partes. Et ideo dicit qꝫ illud continuuz est magis vnuz cuius motus est in diuisibilior ⁊ magis simplex.

¶Deinde cum dicit.

¶Amplius tale ⁊ magis totum ⁊ habens aliquã formam ⁊ speciem. maxime autem si qd natura est tale ⁊ non vi: vt quecunqz visco aut clauo: aut coniunctione. sed habet in se qꝫ est causa sibi qꝫ sit continuum.

¶Ponit secundũ modum. In quo quidem considerat nõ solum qꝫ id quod dicitur vnum sit tale.i. continuuz.sed ⁊ qꝫ plus habeat.s.qꝫ sit quoddam totum habens aliquaz formam aut speciem sicut aial ẽ vnũ ⁊ superficies triãgularis ẽ vna. ¶Hꝰ igit vnũ.s. vnitatẽ ⁊ continuitatis addit vnitatẽ q̃ ẽ ex forma ⁊ quã aliqd ẽ totũ ⁊ speciẽ hñs. Et quia aliquid est totum per naturam aliquid vero per artez addidit qꝫ maxime est vnum siquidez est vnũ per naturã ⁊ nõ per violentiã sicut per violentiã ad aliquod totum cõstituendũ cõiunguntur q̃cunqz vniuntur.aut visco.aut aliqua tali coniunctione. Sed id quod est coniunctuz p naturã est magis vnuz quia.s.est sibi causa.s.qꝫ sit continuum: quia per suã naturam est tale.

¶Deinde cum dicit.

¶Tale vero eo qꝫ i motu vnũ esse ⁊ idiuisibile loco tempore: quia palaz sicut per naturam motus habet principium primi primũ vt puta dico lationis circulationem: qa hec prima magnitudo vna: hoc quidem itaqz sit vnum continuum. aut totum.

¶Ostendit rationez vnitatis in istis duobus modis dicens qꝫ aliquid est tale ⁊ continuuz ⁊ vnum eo qꝫ motus eius ẽ ⁊ vnus ⁊ indiuisibilis loco tẽpore. Loco quidem: quia versus q̃cunqz partem loci mouet vna pars continui ⁊ alia. Tempore vero quia quando mouetur vna ⁊ alia. Unde si aliquod continuum est ⁊ totũ per naturaz.dicitur vnuz qa motus eius ẽ vnus. manifestuz est qꝫ si aliqꝫ continuuz ⁊ totuz habet in se principiũ primi motus.hoc erit primũ vnũ in magnitudine sicut inter motus ꝑmus motꝰ est localis ⁊ inter motus locales.ꝑmus ẽ circularis vt probatur i.viij.phy. Et iter corpora que mouent motu circulari aliquod est qꝫ habet prꝫcipiũ talis motus. s.corpus qꝫ reuoluitur ⁊ reuoluit alia corpora motu diurno. Unde manifestum ẽ qꝫ h̃ est prima magnitudo vna qa habet primũ principiũ motus primi. Sic igitur apparent duo modi vnitatis. aut sicut continuum dicit vnum aut sicut totum dicitur vnum.

¶Deinde cum dicit.

¶Hec autem si ratio vna fuerit. talia vero sunt quorum intellectiua vna. talia autẽ quorum indiuisibilis. indiuisibilis vero eius qꝫ indiuisibile. specie aut numero. numero vero indiuisibile specie vero qꝫ noscibili ⁊ scientie qꝫ vnum vtiqz erit primum qꝫ substãtiis causa vnius.

¶Ponit alios modos vnius dicens qꝫ quedaz alia dicuntur vnuz non propter motum vnum sed propter rationem vnã. ¶Huiusmodi autez sunt quorum intelligentia est vna que vna apprehensione apprehendũtur ab anima. Ẽ dicuntur vna apprehensiõe apprehendi talia quorum est vna apprehensio idiuisibilis. quod quidem cõtingit dupliciter: aut quia apprehensio indiuisibilis est eius quod est vnuz spẽ. aut eius. quod est vnum numero. Numero quidez indiuisibile est ipsum singulare qõ non potest predicari de multis. Specie autez est indiuisibile quod est vnum secunduz scientiaz ⁊ noticiam. Nõ enĩ in diuersis singularibus ẽ aliqua natura vna numero qua possit dici species. Sed intellectus apprehendit vt vnum id in quo omnia iferiora conueniũt. Et sic in apprehensione ĩtellectus species fit indiuisibilis q̃ realiter ẽ diuersa in diuersis indiuiduis. Et qa substãtia prior est ratione omnibus aliis generibus cũ vnuz dicat̃ his modis pp rationẽ vnam ſegtur qꝫ primum vnuz secunduz hos modos sit vnum subã quod.s.est subtãtialis cã vnius sicut secunduz primos duos modos. ¶Primũ vnum erat magnitudo circulariter mota.

¶Deinde cum dicit.

¶Dicitur quidem igitur vnum tot modis continuũ natura. ⁊ totum. ⁊ singulare ⁊ vniuersale. omnia enim hec vnum per indiuisibile esse. horum quidem motum. illorum autẽ intelligentiam aut rationem.

¶Reducit modos vnius.s.positos ad vnã rõez colligendo q̃.s. dixerat. Dicit ergo qꝫ vnuz dicitur q̃tuor modis. ¶Primo quidem continuũ secunduz nãm Secundo secundum totũ. Tertio singulare. Quarto vniuersale vt species. Et omnia h̃ dicuntur vnũ per rõnem vnam.s.per hoc qꝫ ẽ esse indiuisibile. Nã ꝓprie vnum ẽ ens indiuisibile. Sed in primis duobus dicitur vnũ: q est motus idiuisibilis. In aliis ãt duobus qõ est intelligẽtia. aut rõ indiuisibilis vt sub hoc ẽt comprehendatur apprehensio rei particularis.

¶Deinde cum dicit.

¶Oportet enim intelligere quia non similiter dicendum qualia vna dicũtur ⁊ quid est vni esse: ⁊ que ipsius ratio. Dicit̃ enim vnũ tot modis ⁊ vnum quod qꝫ erit vnum horuz cuicunqz exĩsterit horum aliquis modoruz: vni autem horum esse quãdoqz quidem horum alicui inerit: quandoqz autem alii: qꝫ ⁊ magis propinquum nomini est: potentia vero illa. sicut de elemento ⁊ causa si oportet dicere in rebus determinatim ⁊ nominis terminum reddentem est quidem enim. vt elementum ignis est autem forsam secundum se ⁊ infinitum: aut aliud aliquid tale: est autẽ vt non nõ enim idem igni ⁊ elemento ẽ. sed vt quidem re ⁊ natura ignis elementum: no-

UVA. BHSC. IyR_086_1

mẽ vero significat eo q̃ accidit ipsi quia est aliquid ex hoc vt primo inexistente: sic ⁊ in causa in vno ⁊ talibus: propter quod ⁊ vni esse indiuisibili est esse: q̃ quidem hoc enti ⁊ inseparabili: aut loco: aut specie. aut mente. aut ⁊ toto ⁊ determinato.

¶ Ostendit quomodo vnum predicetur de his que dicuntur vnum dicens q̃ oportet intelligere q̃ nõ similiter sumẽdum ẽ vnuz cũ aliqua res dicitur vna. ⁊ cũ dicitur quod qd ẽ vnum quod est ratio vnitatis Sicut etiã nõ hoc modo dicitur lignũ esse album: q̃ lignũ sit hoc ipsum qõ est albũ sed quia album accidit ei. ¶ Hoc autem quod dixerat sic mãifestat: q̃ vnũ dr multis modis vt dictum est quelibet res dicit esse vna ex eo q̃ iest ei aliqs istorum modorum. puta vel continuuz vel totum vel species vel singulare. Sed hoc ipsum q̃ est vnum. quicq̃ qdem accipitur secũdũ q̃ iest alicui dictorum modor̃. puta vt dicam q̃ vnũ secundũ qõ est cõtinuũ vnũ est. Et similiter de alijs. quãdoq̃ aũt hoc ipsuz qõ est vnũ attribuit ei qõ est magis ꝓpinquuz nẽ vnius sicut indiuisibili qõ tñ ꝟz se potestate cõtinet p̃dictos mõs q̃ idiuisibile ꝟz mo tũ est cõtinuũ ⁊ totũ. Indiuisibile aũt secũdũ rõnem est singulare ⁊ vniuersale. Et ad hoc subdit exẽplum de elemẽto ⁊ causa que qdem accipiunt secundũ determinationes ad res put dicimus rẽ talẽ eẽ elementum vel causaz assignando diffinitionẽ nominis put dicimus cãm hoc ipsuz qõ est esse causa. Quomodo dicimus q̃ ignis ẽ elemẽtũ. aut etiã infinitũ secundũ se. i. hoc ipsũ quod ẽ ifinitum qõ pictagorici ponebãt separatum ⁊ elin oium vel aliqd aliud tale ꝓp quod põt dici elemẽtum esse. Sed quodã mõ ignis nõ est elemẽtum nz ifinitũ. Nõ enĩ ignis ẽ hoc ipsuz qõ est elementũ: q̃ nõ est eadẽ ratio ignis ⁊ elemẽti sed q̃ctum in re ẽ ⁊ in nã ignis ẽ elementũ Sed nomen elementi cum de igne p̃dicatur significat aliqd accidisse igni. s. q̃ igni sit ex quo aliqd est vt ex primo interius existente qõ est ratio elementi. Dicit aũt in existente ad remouendũ priuationes. Sicut aũt dictũ ẽ de elemento sic est in cã ⁊ vno ⁊ oĩbus talibus qa res de q bus dr̃ nõ sunt hoc ipsuz q̃ significant nõia sicut hõ albus nõ est hoc ipsũ qõ significat h̃ nomẽ albũ albũ enĩ significat qualitatẽ ꝓp qõ ⁊ hoc vnũ esse ẽ indiuisibile esse. Quod qdem cõpetit enti quod est iseparabile loco ⁊ specie vel quocunq̃ alio modo.

Lec. 2.

Maxime vero in eo quod est metrum esse primum vniuscuiusq̃ generis. ⁊ maxime proprie quantitatis: hic enim ad alia venit metrum.

¶ Lectio secunda.

Postquam oñdit plũs quot modis vnũ dr̃ ⁊ q̃ sit rõ vnus ad q̃s oẽs modi reducunt. s. esse indiuisibile hic ex hac ratione vnius ostẽdit q̃dam eius proprietatem. s. esse mẽsurã. Et diuidit in partes duas. In p̃ma ostendit qũo vni competit ratio mensure ⁊ alijs generibus accidentium in secũda vero ostendit qũo vnuz habens rationẽ mensure inueniat in substãtia ibi. (Secundũ substãtiã vero ⁊ nãm.) Circa primuz duo facit. ¶ Primo ostendit in quo genere ꝓmo inuenitur vnum habens rationem mensure ⁊ quomõ exinde ad alia derivet secundũ ꝓpriam rationẽ mẽsure. Secundo ponit qũo derivet ad alia secundũ quãdã similitudinẽ ibi. (Et scientiã aũt ⁊ metrũ.) Circa primum duo facit. ¶ Primo oñdit vbi primo sit vnũ rõnez mẽsure hẽns ⁊ qũo exinde ad alia fiat derivatio. Secundo ponit quedã ꝓsiderãda circa mẽsuras ibi. (Nõ semper aũt numero vnũ.) Circa primum duo facit primo oñdit qũo vnũ quod est mẽsura inuenitur in q̃titate ⁊ exinde ad alia genera derivetur. Secundo in qua specie q̃titatis est primo ibi. (Ex quo cognoscitur.) Dicit ergo ꝓmo q̃ cũ ratio vnius sit indiuisibile esse id autẽ qõ est aliquo modo indiuisibile i quolibet genere sit mensura maxime dicetur in hoc qõ est esse ꝓmam mensurã cuiuslibet generis. Et hꝰ maxime ꝓprie dicit in q̃titate ⁊ ide derivat ad alia genera ratio mẽsure ¶ Mẽsura autem nihil aliud ẽ q̃ id quo q̃titas rei cognoscit. Quantitas vero rei cognoscit per vnum aut numeruz. ¶ Per vnũ quidẽ sicut cũ dr̃s vnuz stadium vel vnũ pedẽ. ¶ Per numeruz aũt sicut dr̃s tria stadia vel tres pedes. Ulterius autẽ oĩs numerus cognoscit ꝓ vnuz eo q̃ vnitas aliquotiens sũpta quẽlz numerũ reddit. Unde relinquitur q̃ oĩs q̃titas cognoscat per vnũ. Addit aũt inq̃tnz q̃titas vt hoc referat ad mẽsurã q̃titatis. Mã ꝓprietates ⁊ alia accitia q̃titatis alio mõ cognoscũt.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex quo primo quantitas cognoscit. Cognoscitur vero aut vno: aut numero quantitas: inquantum quantitas cognoscitur i quã tum quantitas vno: quia oĩs quantitas cognoscitur hoc ipsum vnũ: quapropter vnuz numeri principium secundũ qõ numerus.

¶ Dicit in qua spẽ q̃titatis primo sit vnum ⁊ mẽsura. Et circa hoc duo facit. ¶ Primo oñdit q̃ ratio mẽsure primo inuenitur in discreta quãtitate. que est numerus dicens q̃ id quo primo cognoscitur q̃titas ẽ ipsum vnuz. i. vnitas que est principiuz numeri. Mã vnum in alijs speciebus quãtitatis non est ipsũ vnũ sed aliquid cui accidit vnum sicut dicimus vnã manum aut vnã magnitudinem. Unde segtur q̃ ipsum vnum quod est prima mensura sit principium numeri secundũ q̃ est numerus.

Lec. 3.

¶ Hinc autem ⁊ in aliis dicitur metrũ quo primo vnumquodq̃ cognoscitur ⁊ metruz vniuscuiusq̃ vnuz in longitudine: in latitudine: in profunditate: in grauitate ⁊ velocitate: grauitas enim ⁊ velocitas cõmune in cõtrarijs: duplex enim eorum vtrunq̃: vt genere ⁊ quod est: vt quantãcũq̃ habens inclinationem: ⁊ quod est habens excessum inclinationis ⁊ velocitas ⁊ quantũcunq̃ motus habens ⁊ excessum motus: est enim velocitas quedam ⁊ tarditas ⁊ grauitas leuioris.

¶ Scõdo oñdit qũo derivetur in alias spẽs q̃ztitatis. Et circa hoc duo facit. ¶ Primo oñdit ad q̃s species quãtitatis derivetur dicẽs q̃ hinc. s. ex nũero ⁊ vno qõ est principiũ numeri dicitur mẽsura in alijs quãtitatibus id. s. quo ꝓmo cognoscitur vnũquodq̃ eorum ⁊ id qõ est mẽsura cuiuslibet generis q̃ztitatis dicitur vnũ in illo genere. Et hoc exemplificat i tribus generib⁹. s. i dimẽsionib⁹ q̃ sunt. s. lõgitudo latitudo ⁊ ꝓfunditas ⁊ in põderibus i hoc q̃ dicit. In grauitate ⁊ in motib⁹. In hoc q̃ dicit. In velocitate quod referat ad mẽsurã tẽporis. Et de dimẽsiõibus qdez nulli dubiũ erat q̃n quãtitates essent ⁊ q̃ ꝓprie eis primo cõpeteret mẽsurari. Sed de grauitate ⁊ velocitate poterat esse dubiũ eo q̃ magis vident esse q̃litates q̃z quãtitates. Et ideo dicit qũo pertinẽt ad gen⁹ quãtitatis ⁊ quomõ cpetit eis mẽsurari dicẽs q̃ grauitas ⁊ velocitas hñt aliqd cõmune in cõtrarijs. s. in vno cõtrariox̃ inuenit alterũ. Mã graue est aliquo modo leue ⁊ econuerso ⁊ velox est aliquo mo-

UVA. BHSC. IyR_086_1

do tardū. Utrūq; enim eorum est duplex sicut graue vno modo dicitur absolute. s. qō habet iclinationez vt feratur ad mediū sine hoc q cōsideret quātum habeat de tali iclinatione. Et sic nō pertinet ad genus qualitatis nec cōpetit ei mensurari. Alio modo dicitur graue per cōparationē ad aliud. s. qō excedit alterum in iclinatione predicta vt. s. dicamus q terra est grauis i comparatione ad aquā t plūbum in cōparatione ad lignū. Sic igitur ratiōe huius excessus inuenitur aliqua rō quātitatis t mensure. Et similiter velox dicit dupliciter. Uno modo absolute. s. qō habet motū quēcūq;. Et alio modo qō habet excessum motus. Et vno mō cōpetit sibi ratio quātitatis t mēsure. Alio modo nō. Et vt exponat qō dixerat de cognitione grauitatis t velocitatis in cōtrarijs subdit q in ipso tardo inuenit velocitas inquātū id qō ē simplex t absolute tardū per excessū se habet ad tardiora. Et similiter grauitas inuenitur in leui sicut aer est leuis ad terrā t grauis ad ignē comparatus.

¶ In omnibus autem his metrum t principiū vnum aliquid t indiuisibile: quoniam t in lineis vtimur quasi idiuisibili pedali vbi qz: namq; metrum vnum aliquid querunt t indiuisibile. autē t simpliciter. aut quale aut quanto. vbicunq; quidem igitur videtur nō esse aut auferre. aut addere hoc est certū metrum: quapropter numerus certissimus vnitatem enim ponunt omnino in diuisibilem: in aliis vero imitātur tale a stadio eniz t talento t semper maiore latebit vtiq; t additum aliquid t ablatum magisq; a minore: quare a quo primo secundum sensum non contingit: hoc omnes metruz faciunt t humidorū. t siccorum. t grauitatis t magnitudinis: t tunc putant cognoscere quantū quando cognoscunt per hoc metrum.

¶ Ostendit qualiter a numero deriuet ratio mēsure ad alia. Et primo hoc manifestat simul i dimensionibus t pōderibus. Scdo in velocitate motuum ibi. (Et motū simplici.) Dicit ergo primo q hoc modo deriuat ratio mēsure a numero ad alias cōtitates q sicut vnū qō est mensura numeri est indiuisibile ita i oībus alijs generibus cōtitatis aliqō vnū indiuisibile est mēsura t principiuz. Sicut i mēsuratiōe linearū vtunt homines qsi idiuisibile mēsura pedali. i. vnus pedis. Ubiq; n. q̄ritur p mēsura aliqd indiuisibile qō est aliqō simplex vel secundū qualitatē vel secunduz cōtitatē. Secundū qualitatē quidē vt albū in coloribus qō quoddāmō est mensura colorū dicetur infra. Secundū cōtitatem vero vt vnitas in numero t mēsura pedalis in lineis. Assignat aūt rationē quare mēsuram oz esse aliquid idiuisibile quia. s. hoc est certa mēsura a qua nō potest aliqd auferri vel addi. Et iō vnum est mensura certissima qa vnū quod est principiū numeri est omnino idiuisibile nullāq; additionē aut subtractionē suscipiens manet vnū. Sed mensure aliorū generū cōtitatis imitant hoc vnū quod est indiuisibile acciptētes aliqd minimū pro mēsura secundū q possibile est qa si acciperetur aliqd magnū vtpote stadium in longitudinibus t talentum in pōderibus lateret si aliquod modicū subtraheret vl addaretur: t semper in maiori mēsura hoc magis lateret cū in maiori. Et ideo omnes accipiūt hoc p mensura tam in humidis vt est oleum t vinum cū in siccis vt est granuz t ordeū cū in ponderibus t dimensionibus que significantur per graue t magnitudinē quod primo inuenitur tale vt ab eo nō possit aliquid auferri sensibile vel addi quod lateat. Et tūc putant se cognoscere quātitatē rei certitudinaliter qū cognoscunt per huiusmodi mensuraz minimam.

Lect. 3.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et motum aut simplici motu t velocissimo: paruissimum enim hoc habet tempus: quapropter in astrologia tale vnum principium t metrum: motū enim regularem supponunt t velocissimum eū qui celi ad quem alios iudicant: t in musica dyesis quia minimum t in voce elementū: t hec omnia vnuz aliquid ita nō vt cōmune aliquid quod vnū sed sicut dictum est.

¶ Manifestat idē in velocitate motuuz dicens q et motū mensurāt homines motu simplici. i. vniformi t velocissimo qō habet minimū de tēpore. Et ideo in astrologia accipiunt tale principiū ad mensurādū Accipiūt eniz motū primi celi. s. motū diurnuz qui ē regularis etiam velocissimus ad quē iudicant t mēsurant omnes alios motus. Et qa ex velocitate t tarditate motuū contingit grauitas t acuitas i sonis vt determinatur in musica subdit exēpluz de mensuratione sonoz dicens q in musica prima mensura dyesis est. i. dūa duorū semitonoz Tonus enim dumditur in duo semitona equalia vt in musica probat. Et similiter in voce mensura est elemētum qa etiam breuitas t longitudo vocis velocitatem t tarditatē motus cōsequt. Omnes autē iste mensure sunt aliqd vnū nō ita q aliqua mensura sit communis oībus: sed q quelibet mensura in se est aliqd vnum t dictum est.

¶ Non semper autem numero vnum metrum. aliquādo plura. vt dyeses due. que nō secundum auditum. sed in rationibus t voces plures qbus mensuramus. t diameter duobus mensuratur. t latus t magnitudines omnes sit itaq; metrum omnium quod vnum qui cognoscimus ex quibus est substantia. Diuidentes autem secundum quantitatem. aut secundum speciem. t ideo quod vnum indiuisibile. quod primum singulorū indiuisibile. Non similiter autem omne indiuisibile. vt pes t vnitas. sed hoc quidem omnino. illud vero indiuisibile ad sensuz voluit: sicut dictum est iam: nam forsan omne continuum est diuisibile.

¶ Postq; oīdit pbs vbi sit p̄io vnū hūs rōnē mensure hic determinat quedā circa mēsuras cōsideranda. Et ē primo q licet id qō est mēsura habeat rationē vnius inquātū accedit ad indiuisibilitatē nō tū necessariū est vnuz nūero esse qō mensurat Sed aliq̄ plura sunt mensurātia sicut in melodijs sūt due dyesis. i. duo semitona. Sed pp quitatē non discernē secundū auditum. Mā sensus non percipit differentiā valde parvoz sed eoz differentia percipit in rationibus. i. scōm diuersas rōes proportionū qa ex diuersis pportionibus nūeralibus cāntur. Similiter et voces qbus et mēsuramus plures sūt. Quātitas enī vnius metri vel vnius pedis mēsurat ex diuersis filijs quaz alie sūt breues t alie lōge. Similiter et est diameter circuli vel quadrati t etiā latus q̄drati t quelī

UVA. BHSC. IyR_086_1

bet magnitudo mensurat duobus. Non enim inue-
nitur q̃titas ignota nisi p duas q̃titates notas. Hoc
aũt dicto cõcludit epilogando q̃. s. dicta sũt. s. q̃ vnũ
est mensura oĩum. Cuius ratio est quia vnum est ad
qd̃ terminat diuisio ex quibus est. Ea vero ex qbus
est substantia vniuscuiusq; cognoscũtur per diuisionẽ
siue resolutionem totius in componentia siue sint par
tes secũdũ q̃titatem sine sint partes secũdũ speciez ⁊
materia ⁊ forma ⁊ elementa corporũ mixtorum. Et
ideo oportet id quod est per se vnũ eẽ indiuisibile cũ
sit mensura qua cognoscitur res qd̃ in singulis est pri
mum in compositiõe ⁊ vltimũ in resolutione est indi
uisibile. Et per hoc cognoscitur res vt dictũ est. Sed
tamen non similiter in omnibus inuenit indiuisibile
Sed quedam sunt omnino idiuisibilia sicut vnitas q̃
est principiũ numeri. Quedam vero nõ sunt oĩno in
diuisibilia sed indiuisibilia secũdũ sensuz secundũ qd̃
volunt auctoritas instruentiũ tale aliquid p:o mẽsura
sicut mensura pedalis que quidẽ indiuisibilis est p:o
portione sed non natura. Nam omne continuuz for-
san diuisibile est. Dicit aũt forsan propter dubitatio-
nem quorundam ponentiũ magnitudinem compont
ex diuisibilibus quia magnitudines naturales nõ di-
uidũtur in infinitũ sed sole mathematice. Est enim in-
uenire minimam carnem vt tangitur primo phy.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Semper autem cognatũ est metrum: ma
gnitudinum quidem enim magnitudo ⁊ secũ
dum vnũquodq; longitudinis longitudo: ⁊
latitudinis latitudo: vocis vox grauitatis gra
uitas: vnitatum vnitas: sic enim oportet ac
cipere: sed non qd̃ numerorum numerus ⁊
quidem oportebat si similiter: sed non simi-
liter dignificant: sed ac si vnitatuz vnitates di
gnificarent metrum sed non unitatem: nu-
merus autem pluralitas unitatum est.

¶ Ponit scõm qd̃ cõsiderandũ est circa mensurã di
cens q̃ metrũ. i. mensura semp debet esse cognatũ. s.
eusdẽ nature vel mẽsure cũ mensurato. Sicut mensu
ra magnitudinuz debet esse magnitudo ⁊ non sufficit
q̃ cõueniat in natura cõi sic oẽs magnitudines cõue
niunt. Sed oz esse cõuenientiã mensure ad mẽsuratũ
in nã spãli scõm vnũqõq; sicut q̃ longitudinis sit lon
gitudo mẽsura latitudinis latitudo vox vocis ⁊ graui
tas grauitatis ⁊ vnitatũ vnitas. Sic. n. oz accipere vt
absq; calũnia loq̃mur. Sed nõ q̃ numeroz mẽsura
sit numerus. Numerus autẽ nõ hẽt rõnem mensure
prime sed vnitas. Et si vnitas mensura ẽ ad significã
dũ cõuenientiã inter mensurã ⁊ mẽsuratum oz dicẽ
q̃ vnitas sit mensura vnitatũ ⁊ nõ numeroz. Et tũ si
rei veritas attẽdatur oportebit hoc etiã concedere q̃
numerus eẽt mẽsura numeroz aut etiã vnitas nume
roz ⁊ similiter accipet. Sed nõ similiter dignum
videt dr̃e vnitatẽ eẽ mẽsurã vnitatũ ⁊ numez nume
ri vel vnitatẽ numeri ꝓpter dr̃am que videt eẽ inter
vnitatem ⁊ numez. Sed istam dr̃am obseruare idẽ
est ac siquis dignum diceret q̃ vnitates essent mensu
re vnitatũ sed nõ vnitas quia vnitas differt ab vnita
tibus vt singulariter p:olatum ab his que pluraliter
proferuntur. Et similis rõ est de numero ad vnitatez
q: numerus nihil aliud est q̃ pluralitas vnitatũ. Un
nihil aliud est dicere vnitatem esse mensuraz numeri
q̃ vnitatem esse mensuram vnitatum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et scientiam autem rerũ metrũ dicimus
sensum p:opter idem quia cognoscimus ali-
quid ipsis quando mensurant magis quan
mensurãt: sz accidit nobis ũeluti si alio men
surante cognoscam⁹ quanti sumus per cu-
bitum ad tantum nostri adiscere ꝑ Pytago-
ras uero hominem ait omniũ esse metrũ. ac
utiq; si scientem dicere aut sentientem: hos
autem quia habent: hic quidem sensum ille
uero scientiam que dicimus esse metra: eorũ
que subiiciuntur nihil itaq; dicentes super
abundans uidentur aliquid dicere.

¶ Oñdit qualr̃ mẽsura trãsferr̃ ad q̃dã fim silitudinẽ
dicẽs q̃ cũ dictũ sit q̃ mẽsura ẽ q̃ q̃titas rei cognosciť
dñs scientiã eẽ mẽsurã rez scibiliũ ⁊ sensũ rez sensi-
biliũ q: ipis aliqd cognoscim⁹ sensu. s. sensibilia ⁊ scie
tia scibilia ñ tñ eodẽ mõ sic mẽsura. Nã q̃ mẽsurã co-
gnoscit aliqd sic̃ q̃ ꝓncipiũ cognoscẽdi q̃ sensum aũt
⁊ sciam sicut per potentiã cognitiuã aut hẽuz cogno
scitiuũ Sic igit̃ per hãc similitudinẽ dr̃ mẽsure q: se
cundũ rei veritatẽ magis mensurant q̃z mensurent.
Nõ. n. q: nos aliqd sentim⁹ aut scim⁹ ideo sic est ĩ re-
rum nã. Sed q: sic est in rez nã tõ ve aliqd scim⁹ aut
sentim⁹ vt dr̃ 9° metha. Et sic accidit nobis q̃ ĩ sentiẽ
do ⁊ sciẽdo q̃ mẽsuramur p res q̃ ex nos sunt. Nob
aũt cognoscẽtib⁹ ⁊ mẽsurãtib⁹ sic̃ aliq̃ alio nos mẽsu-
rãte cognoscim⁹ q̃ti sum⁹ ĩ q̃titate corpali per men
surã cubitalẽ applicatã nob. Et sic sicut cubit⁹ exteri⁹
appositꝰ ẽ mẽsura q̃titatis corpalis nr̃e ita ~~recte~~ scite
vel p sensũ apꝑhense sunt mẽsure p q̃s põt sciri vtruz
vere cognoscam⁹ aliqd p sensum vel p ĩtellectũ. Si q̃
vo scia ẽ que est cã rei scite oz q̃ sit ei⁹ mẽsura. Ut scia
artificis est mẽsura artificioꝝ q: vnũquodq; artificia-
tum scõm hoc pfectũ ẽ q̃ attingit ad similitudinẽ ar-
tis. Et hoc mõ se hẽt sciẽtia dei respectu oĩuz. Sz py
ctagoras dixit hoiem eẽ mensurã oĩum rez inq̃ztum
est sciens aut sentiẽs q: scia ⁊ sensus sunt mẽsura subã
rum. s. sensibiliũ ⁊ scibiliũ. Dicebãt. n. pyctagorici vt
in q̃rto habitũ est q̃ res sunt tales q: sic sentim⁹ eas
vel sic opinamur in eis. Cũ igit̃ nihil supabũdãs vel
magnuz dicunt videtur tamẽ aliquid dicere quia oc
culte insinuant que dicere volunt.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod quidem igitur uni esse maxime est
secundum nomen quod determinant metrũ
quoddam ⁊ maxime q̃ntitatis: deinde qua-
litatis. ꝑ Palam erit aũt tale: hoc quidem
si est indiuisibile secundum quantitatem: il-
lud autem si secundum qualitatem: p:opter
quod indiuisibile esse quod vnum aut sim-
pliciter: aut inquantum vnum.

¶ Epilogat q̃ dicta sunt. s. q̃ de rõne vnius est q̃ sit
mẽsura ⁊ hº maxie pꝑuz ẽ put ẽ in q̃titate deinde ĩ q̃li
tate ⁊ in alijs generib⁹. Et q: id qd̃ est mensura dr̃
eẽ idiuisibile aut scõm q̃titatez aut scõm q̃litatẽ ⁊ ita
segtur q̃ vnũ sit idiuisibile aut simpliciter sicut vnitas
que est ꝓncipiũ numeri aut secundum quid. i. inq̃z
tum est vnum vt dictum est in alijs mensuris.

Ecundũ substantiam vero ⁊ natu-
ſ rã q̃rendũ ẽ vtroq; mõ se habeat Co. 6.
quẽadmodũ in dubitationibus tra
ctauimus qd qd̃ vnũ est. ⁊ quomodo opor-
tet de eo suscipere. vtrũ velut substantia aliq̃
existente ipsi vno. Sicut pythagorici dicunt
prius. Et Plato posterius. aut magis sup
ponitur aliqua natura. ⁊ quomodo oportet

UVA. BHSC. IyR_086_1

notius dici ⁊ magis. sicut q de natura. illorum enim alius dixit amicitiam esse quidem vnum. alius aerem. alius infinitum.

¶ Lectio tertia.

¶ Postquam ostendit phs quo vnū sit ⁊ titate primus scdm quā ꝫ rones mesure ⁊ exide ad alia gna deriuet nunc determinat de vno qliter se hēat ad subam vtz. s. vnū sit ipa suba rei. Et diuidit in tres ptes. In pma mouet qonē ⁊ pōit opiones diuersas. In scda at determinat vitatē ondēdo q vnū ⁊ ens ñ sūt suba eoz̄ q̄ dr ibi. (Sz itaq; nullū). In tertia cō pat vnū ad ens ibi. (Q̄f vo idē significat) Dic ergo p mo q q: iā mānifestū ē qliter vnū scdm q hz rōnē mesure se hz i ⁊titate ⁊ in alijs gnib⁹ querēdū ē de vno quo se hēat quantū ptinet ad subas ⁊ nas rerū. Que qdē dubitatio est mota supius in. 3° libro in quo mote sunt q̄ones diuerse. Est aūt dubitatio vtrū hoc ipz q̄ dicit vnū sit suba aliq ⁊ p se subsistēs vt dixerunt pictagorici ⁊ postea platonici eos sequētes aut magis ei q̄ est vnuz supponat q̄dā natura subsistens scdm quā notius ⁊ magis debēt dici qd est q̄ dicit vnū. Et hoc suppouerūt nales quoz̄ vnus dixit amorem ee aliqd q̄ est vnum sicut Empe. qui ponebat quatuor principia mālia. s. quatuor elementa qbus poza debent ee principia agētia que ipe ponebat. s. amorē ⁊ odiū. Inter que pcellit amor ⁊ tū pfectū ⁊ bono
Lec. 2. ⁊. 3. rum principiū. Un si id q̄ est primū principiū dicit vnū cōsegtur scdm opiones eius q amor sit illud q̄ est vnū. Q̄ē icōuenēs ⁊tum ē amor vnionē quā dā iudicat amātis ⁊ amati. Alius vero. s. Diogenes ponēs aerē principiū oiuz rez̄ dixit aerē ee id quod ē vnū Alius vero dixit infinitū esse id quod est vnum sicut Ideli ssius quia possuit esse vnū ens infinitum ⁊ immobile vt patet in primo phificorum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Si itaq; nullum vniuersalium esse substā tiaz est possibile sicut in sermonibus de substātia ⁊ de ente dictū est: nec ipsuz hec subā nisi vnum aliqd preter multa possibile est. esse cōmune nāq; si ad predicamentū soluz palam q̄ neq; ipsum vnum: naz ens ⁊ unū uniuersaliter predicantur de omnibus maxime. quare nec genera nature quedā ⁊ substantie separabiles ab aliis sunt: nec unum genus contingit esse propter eaſdem causas ꝑpter quidez quas nec ens nec substantia.

¶ Determinat ꝓposita q̄ones dñs q vnū nō est substantia subsistēs de qua dicit q sit vnū ꝓbat autē hoc dupliciter. ꝓmo rone. Scdo similitudine ibi. (Adhuc similiter). Dicit ergo q probatū est supi⁹ i .vij. s. quoagebat de ente ⁊ pcipue de suba q̄ nulluz
Lec. 13. ⁊. 14. vniuersaliū ee pōt suba que. s. p se sit subsistens quia omne vniuersale cōe est multis. Nec possibile ē vniuersale esse subam subsitentem q: sic oporteret q eēt vnum pter multa. Et ita ñ eēt cōe ꝫ eēt quoddā singulare in se. Nisi forte diceret cōe per modū cause. Sz alia est cōitas vniuersalis ⁊ cāe. Nā cā nō pdicat de suis effectibus quia nō ē idez cā sui ipsius. Sz vniuersale est cōe quasi aliquid predicatuz de multis. Et sic oz q aliquo modo sit vnū in multis ⁊ nō seorsuz subsistens ab eis. Sz oportet ens ⁊ vnū magis vniuersaliter ⁊ cōiter de oibus predicari. Nō ergo sunt ipa suba subsistens que dicit ens vel vnū sicut plato ē ipa subsistens suba que dicitur ꝓpō. ꝑ hanc rone cōcludit q nulla genera sunt alique nature ⁊ subē p se subsistētes quasi separabiles ab alijs de qbus dicit. Quod etiam supius inter q̄ones fuit dubitatū. Nec tamē hoc pro tanto dicit q vnuz sit genus. Eadē. n. rone vnum non pōt ee genus qua nec ens quia nec vniuoce predicatur ⁊ propter alia que superius i tertio tacta sunt. Et ex eadē ratione vnum ⁊ ens nō potest esse suba subsistens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere. Dicuntur autem equaliter ens ⁊ unum: ergo quoniam in qualitatibus est aliquid q̄ unum ⁊ aliqua natura: ⁊ similiter in quantis: palam ⁊ quia totaliter querendum quid unum: quemadmodum ⁊ quid ens tanquā non sufficiens q̄ hoc ipm ipsius natura. At uero ⁊ in coloribus est aliquid q̄ color unus: puta albus: ōnde alii ex hoc nigro uidentur geniti. Nigrum uero priuatio albi est: ut lucis tenebra: hec enim est priuatio lucis: quare si entia essent colores essent utiq; numerus quedam entia sed quorum palam vtiq; quia color ⁊ ipsum vnum: esset vtiq; aliquid vnum puta album. Similiter autem ⁊ si melodie essent numerus vtiq; essent diesum equidem: sed non numerus substantia ipsorum ⁊ ipsum vnum esset vtiq; aliquid cuius substantia nō ipsum vnum sed dyesis Similiter autem ⁊ in sonis elementorum essent vtiq; entia numerus ⁊ ipsum vnum elementum vocale: ⁊ figure: recti linee figurarum vtiq; esset numerus ⁊ ipsum vnum trigonum: eadem autem ratio ⁊ in aliis generibus. Quare siquidem in passionibus ⁊ in qualitatibus ⁊ in quantitatibus ⁊ in motu numeris existentib⁹ ⁊ vno aliquo in omnibus numer⁹ quorūdam: ⁊ ipsum vnū aliqd vnū sed non hoc ipsius substantia ⁊ in substantiis necesse est similiter se habere. Similiter enim se habet in omnib⁹ q̄ quidem igitur vnum in omni genere est quedam natura ⁊ nullius natura hoc ipsum q̄ vnum palam: sed sicut in coloribus colorem vnum querendum ipsum q̄ vnū. sic ⁊ in substantiam vnam ipsum vnum.

¶ Ondit idem ex similitudine dñs q oportet q vnū similiter se habeat in omnibus generibus quia ens ⁊ vnam equaliter de omnibus generibus predicatur. In omnibus autez generibus queritur aliquid quod est vnum quasi ipsa vnitas non sit ipsa natura que dicitur vna sicut patet in qualitatibus ⁊ quantitatibus Unde manifestum est q in omnibus generibus non est sufficiens dicere q hoc ipsum quod est vnum sit materia ipsius q̄ vnum dicitur. Sed oportet querere qd est q̄ est vnū ⁊ ens. Et q̄ in ⁊litatibus ⁊ quantitatibus oporteat querere qd est q̄ dicit vnū manifestat per exēpla. Et primo in coloribus. Querimus enim aliquid q̄ est vnum sicut albū q̄ est primū inter colores. Un si in quolibet gne est vnū id q̄ est primum oz q albū sit vnū in genere color ⁊ quasi mensura alioz̄ colorū quia vnusquisq; color tāto perfectior

UVA. BHSC. IyR_086_1

est quāto magis accedit ad albū. Et quod albū sit pri
mum in coloribus ostendit qa colores medij generā
tur ex albo ⁊ nigro. Et ita sunt posteriores. Nigrum
etiam est posterius albo quia est privatio albi sicut te
nebre privatio lucis. Non autem sic est intelligendū
qp nigrum sit pura privatio sicut tenebre cum nigruz
sit species coloris ⁊ per consequens natura coloris in
eo seruetur sed quia in nigro est minimū de luce que
facit colores ⁊ sic comparatur ad albuz sicut deffect⁹
lucis ad lucez. Et quia in coloribus queritur aliquid
quod possit dici primum ⁊ vnum scilicet album: ma
nifestum est qp si omnia entia colores essent haberent
quidem aliquem numerum non tamē ita qp numer⁹
esset ipse res subsistentes sed esset numerus aliquarū
rerū subsistentiuz. s. coloruz. Et per consequens esset
aliquid qō subiiceretur ipsi vni. s. album. Et similiter
esset si omnia essent melodia qa entia haberēt aliquē
numerum qui quidem esset numerus dyesis siue to
norum. Sed tamen numerus non est ipsa substantia
entium. Et per consequēs oporteret querere aliquid
quod eēt vnū. s. qō est dyesis. Non tamē ita qp ipsum
vnum eēt subā. Et similiter si oīa entia essent tom es
set quidem numerus entium q̄si etiā aliquoz subōrū
ipsi numero. s. elementorum. i. litterarz. Et per conse
quens littera vocalis que est prima inter litteras cuz
sine ea consonantes sonum reddere non possint essent
vnum. Similiter si omnia essent figure recti linee nu
merus esset aliquorū subōruz scilicet figurarū ⁊ vnū
esset triangulus que est prima recti linea figura. Oēs
enim figure recti linee in triangulum resolnūtur. Et
eadem ratio est in omnibus generibus. Si igitur ita
ē qp in oibus alijs generibus. s. passionibus ⁊ qualita
tibus ⁊ quantitatibus ⁊ in motu inueniatur numer⁹
⁊ vnū ⁊ numerus ⁊ vnū non sunt subā eorū de qui
bus dicūtur sed numerus dicitur de qbusdā subijs ⁊
similiter vnū requirat aliquod subiectum qō dicat
vnū necesse est qp similiter se habeat ī subīs quia ens
⁊ vnum similiter predicantur de oibus. Manifestuz
est igitur qp in qolibet genere ē aliqua natura ō qua
dicitur vnum non tamen ita qp ipsum vnū sit ipsa na
tura sed quia dicitur de ea. Et sicut in coloribus cum
dicimus vnū querimus aliquez colorem qui dicatur
vnum sic in subā cū dicim⁹ vnū necesse est quere ali
quam subām de qua dicatur ipsum vnuz. Et hoc pri
mo ⁊ principaliter dicatur de eo quod est primuz in
substānijs quod inquiret inferius ⁊ per consequens
de alijs generibus ⁊c.

¶ Deinde cum dicit.

Lo.8. ¶ Quia vero vt idem significant aliqualiter vnum ⁊ ens palam per assequi equaliter ca thegorias: ⁊ quia non sunt in nulla vna: vt neqz in quid est: neqz in quale: sed similiter se habet sicut ens: ⁊ per hoc qō vnus homo non predicat alterum aliquid ab homine: quemadmoduz nec esse preter quid aut qua le aut quantum: ⁊ vni esse id qō vnicuiqz eē.

¶ Quia eandem rōnem dixerat de ente ⁊ de vno oī dit qp ens ⁊ vnum aliqualiter idem significant. Et di cit aliqualiter quia ens ⁊ vnum sunt idem subē diffe rentia tantum sola ratione. Unum enim addit ī divi sionem supra ens. Dicitur enim vnum ens indiuisi bile vel indiuisum ostendit autē qp significat idē trib⁹ rōnibus quaz prima est qp vnū consequitur omnia alia predicamenta ⁊ non est in aliquo vno p̄dicamē to tantum neqz in subā neqz in q̄titate neqz in aliquo alio. Sicut se habet ⁊ de ente secundo quia cum dici tur vnus homo non aliquaz naturā aliā ab homine predicat sicut nec ipsum quod est ens predicat aliaz nām a decez p̄dicamētis qz si p̄dicaret aliā nāz oporteret abire in infinituz quia etiaz in illa natura diceē vnuz ⁊ ens Et sic vnū vnicuiqz idem est. Et si ens de eis predicaret aliā naturam procederetur in infinitū Si autez non pari rōne standum fuit in primo. Ter tia ratio est qz vnūqōqz dicitur vnū inq̄tum est ens. Unde per dissolutionem res ad non esse rediguntur ¶ Uidetur autem in hac determinatione pbs sibi cō trarius esse. Nam primo dixit qp vnuz ⁊ ens nō sunt substantia eoz de qbus dicūtur hic autē dicit qp vnū ⁊ ens non predicāt aliqz aliam naturam ab his de q bus dicuntur. Sciendum est igitur qp substātia dicit dupliciter: vno modo suppositum in genere subē qō dicitur subā prima ⁊ ypostasis cuius proprie est sub sistere. Alio mō quod quid est qō etiam dicitur natu ra rei. Secundum ergo ℣Platonis opinionem cū vni uersalia essent res subsistentes significabant substātiā non solum secundo modo sed primo. Aristo. vero p bat in. vij. qp vniuersalia non subsistunt. Uñ sequitur qp vniuersalia non sunt subē. ℣Primo modo sed secun do mō tñ. ℣Propter qō dī ī p̄dicamētis qp scōe subē q̄ sunt genera ⁊ spēs ñ significant hoc aliqd qō ē subā subsistēs ꝫ significāt q̄le qd. i. nām q̄dā ī genere subē Sic igitur pbs supra probauit qp vnū ⁊ ens nō signi ficant substantiā que est hoc aliquid. sed oportet que rere aliquid quod sit vnum ⁊ ens. Sicut queritur ali quid quod sit homo vel animal vt Sor. vel ℣Plato. ℣Postmodū vero oñdit qp significāt naturam eoz de quibus dñr ⁊ non aliquid: additū sicut accidētia. In hoc. n. differūt cōia ab accidētibus quamuis vtrisqz sit cōe non esse hoc aliquid quia cōia significant ipsaz naturam, suppositorum non aūt accidētia. sed aliquā naturam additam. ℣Hoc aūt nō cōsiderās Anic. po suit qp vnū ⁊ ens sunt predicata accidētalia ⁊ qp signi ficant naturā additā. s. ea ō qbus dñr. Deceptus. n. fuit ex equocatione vnius qō qdē scōm qp est p̄ncipiū numeri hīs rōnem mēsure in gñe q̄titatis significat quādam naturā additam his de qbus dicitur cum sit in gñe accidētis. Sed vnum quod conuertitur cum ente circuit omnia entia. Unde significat aliquam na turā determinatā ad aliqō genus. Similiter etiā de ceptus est equocatione entis. Nā ens qō significat ꝓpo sitionem propositiōis est p̄dicatum accidētale qz con positio fit per intellectum secundum determinatū tē pus. Esse autem in hoc tempore vel in illo est accidē tale predicatum. Sed ens quod diuiditur per. x. pre dicamenta significat ipsas naturas. x. generum secun dum qp sunt actū vel potentia.

Lo.9. ℣Ponuntur autem vnuz ⁊ multa o secundum plures modos quoruz vno vnum ⁊ multitudo ⁊ indiuisi bile ⁊ diuisibile: quod quidem enim diuisuz aut diuisibile multitudo quedam dicitur in diuisibile vero aut non diuisum vnum.

¶ Lectio quarta.

p ℣Ostquam philosophus deter minauit de vno sm seēs determiat de vno p ꝓpationē ad mł titudinē. Et dīdit in. p. d. In pīma ōtermiat ō vno ⁊ mł titudie ⁊ de his q̄ ad ea ꝓsequūt. In scōa ōtermi nat ō ℣rietate q̄ inter vnū ⁊ multa ℣enit eo qp spetia lez difficultatē hēat ꝓsideratio ei⁹ ibi. (Uñ aūt ꝓuēit differe adinuicē:) ℣Prima diuidit in duas. In pīma oñdit qūo vnū opponit multitudini. In scōa ōtermi nat de his q̄ ꝓsequunt ad vnū ⁊ multitudinē ibi (Est aūt vnū.) Circa primū tria facit ℣Prio oñdit scōz qd accipiēda sit oppō q̄ est īter vnū ⁊ multa dīs qp licet vnū ⁊ multa multis mōis opponant vt pz̄ infra: eoz

UVA. BHSC. IyR_086_1

tñ vn⁹ ⁊ pcipalioꝛ est scdm qꝫ vnū ⁊ multitudo opponūt vt disibile ⁊ idiuisibile qꝛ hic oppois mōus attendit scdm pprīā rōnem vtriusqꝫ. Rō.n. multitudinis cōsistit i hoc qꝫ ē eē diuisa adinuicē aut idiuisibilia Dicit aūt diuisa pp ea q̄ actu a se inuicē spata sūt. Et pp hoc mlta dr. Diuisibilia aūt pp ea q̄ sunt actu sepata sz appꝛopinquāt sepatiōi sicut hūida vt aer ⁊ aq̄ ⁊ alia hus similia in qbus ppter facilitatem diuisiōis multitudinez dicimus. Dicitur.n. multa aqua ⁊ multus aer. Ratio vero vnius consistit in hoc. qꝫ est eē in diuisibile aut non esse diuisum. Dicitur enim ⁊ cōtinuum vnū quia non est actu diuisuz lz sit diuisibile.

¶ Quoniam ergo quattuoꝛ modis oppositiones dicuntur: ⁊ hoꝛum secundum priuationem dicuntur alterum: contraria vtiqz erunt: ⁊ nēqz vt cōtradictio: neqz vt ad aliquid dicta.

¶ Secundo ibi ostēdit ad qō genus oppōis p̄dict⁹ modus oppōis reducat dīs qꝫ cū quattuoꝛ sint oppōis genera quoꝝ vnū est oppō que dicitur secundū priuationē manifestū est qꝫ vnū ⁊ multa non opponūtur vt cōtradictio neqz ad aliquid que sunt duo genera oppōis sed opponuntur vt contraria. Et qdem qꝫ non opponantur scdm cōtradictionē manifestū ē qꝛ neutꝝ eoꝝ verificat de nō ente. Nō ens.n neqz vnū neqz multa est. Oportēt aūt alterā ptē cōtradictionis verificari tā de ente qꝫ de nō ente. Similiter ētmāifestum est qꝫ nō opponunt vt ad aliqd dicta. Nā vnuz ⁊ multitudo dr absolute. Sed cū dixerit qꝫ vnuz ⁊ multitudo opponunt vt idiuisibile ⁊ diuisibile quevidentur oppōi scdm priuationē ⁊ hītuz cōcludit tū qꝫ vnum ⁊ multitudo opponuntur vt contraria. Oppositio enim que est secundum priuationē ⁊ hītum ē p̄ncipium oppōnis que ē secundū cōtrarietatē vt infra patebit Alteꝝ.n. cōtrarioꝝ sp est priuatio sz nō priuatio pura. Sic.n. nō participaret natūrā gn̄is cū cōtraria sint eodē gn̄e. Oz igit. qꝫ vtrūqz cōtrarioꝝ sit nā q̄dāz licet alteꝝ eoꝝ participet naturā generis cū q̄dā defectu sicut nigrū se hēt ad albū vt. ē. dictū ē. Qꝛ igit vnū nō significat priuationē purā nō.n. significat ipsam in diuisionē sz ipz ens indiuisum manifestū ē qꝫ vnum ⁊ multitudo non opponuntur secundum priuationem puram et hītum sed sicut cōtraria.

Lec.6. Lib.9. Lect.3.

¶ Dicitur autem ex cōtrario ⁊ ostenditur ipsum vnum ex indiuisibili indiuisibile propter magis sensibile multitudinem esse ⁊ diuisibile quam indiuisibile: quare ratione prioꝛ multitudo indiuisibilt propter sensum.

¶ Tertio ibi rñdet tacite qōm. Qꝛ.n. dixerat qꝫ vnū se hēt ad multitudinēvt diuisibile ad idiuisibile. Judiuisibile aūt videt priuatio ē diuisibilis cū ꝓuatio sit posterioꝛ hītu ⁊ forma videt seqꝫ vnū sit posterius multitudine cū tñ. ē. dixit qꝫ vnū est p̄ncipiū multitudinis ex quo cognoscit. Ad huius igit obōnis solutionem videndā cōsiderandū est qꝫ ea q̄ sunt prioꝛa fm mām ⁊ magis nota sunt posterioꝛa ⁊ min⁹ nota quo ad nos eo qꝫ rez notitiā p sensuz accipim⁹. Lōpositā aūt ⁊ cōfusa pr⁹ cadūt in sensu vt dicit in primo pbȳ coꝝ. Et inde est qꝫ ꝯpositā prius cadūt in nr̄az cognitionē. Simpliciora aūt que sunt prioꝛa ⁊ notioꝛa fm naturā cadūt in cognitionē nr̄am per posteri⁹. Inde est qꝫ prima rez principia nō diffinim⁹ nisi p negatōnes posterioꝝ sic dīs qꝫ pūctūl cui⁹ ps nō ē ⁊ deum cognoscim⁹ per negatōes inḡtū dīs dīz i coꝛpoꝛe unsē emobilē infinitū. Sic igit lz vnū prius scdm nāz sit multitudinē tñ scdm cognitionē nr̄az diffinit ⁊ nominatur ex priuatiōe dionis. Et pp hoc pbs dicit qꝫ ipsuz vnū dicit. i. noiat ⁊ oñdit idest cognoscitur ex

eodē lib. Lect.2. Lect.1.

suo cōtrario sicut idiuisibile ex diuisibili pp hoc quod multitudo ē magis sensibilis qꝫ vnū ⁊ diuisibile magis qꝫ indiuisibile. Unde multitudo rōne prius est qꝫ indiuisibile: nō qdem scdm oꝛdinē nē. sed pp sensum q est p̄ncipiū nostre cognitiōis. Sed ꝓtra ea que hic pbs determinat duplex dubitatio ꝛsurgit. Prima quidez circa hoc qō dicit qꝫ vnū ⁊ multa opponūt vt cōtraria. Hoc.n. videt impossibile qꝛ vnū cōstituit multitudinē. Unū aūt cōtrarioꝝ nō cōstituit aliud sz magis destruit. Sciendum igit est qꝫ cū cōtraria differant scdz formā vt infra dicet cū dicim⁹ aliū ē cōtraria accipiēdū est vtrūqz eoꝝ scdm qꝫ hēt formā nō ut scdm qꝫ ē ps hūtis formā. Loꝛp⁹.n. scdm qꝫ absqz aīa accipit vt aīaz formā hūs oppoit aīali vt iaiatū aiato Scdo vero qꝫ accipit nō qsi aliqō pfectū ⁊ formatū nō oppoit aīal. lz est ps mālis ipsi⁹. Et sic ēt videm⁹ in numeris. Mā binari⁹ scdm qꝫ ē quoddam totum spēm ⁊ formā determinatā hūs est diuersuz spē a ternario. Si vero cōsideret absqz hoc qꝫ sit pfectū p formā est ps ternarij. Sic igit ⁊ ipz vnū scdz qꝫ ꝯsiderat vt in se perfectū ⁊ spēm quādam habens opponitur multitudini qꝛ quod est vnum nō est multa neqz ēē. Prout vero cōsideratū vt nō cōpletum secundū spēz ⁊ formam sic non opponitur multitudini sed est pars eius. Secunda aūt dubitatio oꝛitur circa hoc quod dicit qꝫ multitudo est prioꝛ ratione quam vnum. Quz .n. vnū sit de ratione multitudinis eo qꝫ multitudo si est aliud qꝫ agregatio vnitatum si ipsum vnum est posterius ratione qꝫ multitudo sequitur qꝫ i ratione huius vnius ⁊ multitudinis est qdam circulus ita quod necesse sit per multitudinem intelligi vnitatem ⁊ eōuerso. Circulus autem in rationibus rerum non suscipitur quia esset idem eodem notius ⁊ minus notum quod est impossibile. Dicendum igitur quod nihil prohibet aliquid esse prius ⁊ posterius eodem secundum rationem secundum diuersa in eo considerata. In multitudine.n. cōsiderari potest ⁊ qꝫ multitudo est ⁊ ipsa diuisio. Ratione igitur diuisiōis prioꝛ est qꝫ vnū secundum rationem. Nam vnum est quod nō diuiditur secundum autem qꝫ est multitudo posterius est vno secundum rationem cum multitudo dicatur aggregatio vnitatum. Diuisio autem que presupponitur ad rationem vnius secundum quod conuertitur cum ente non est diuisio quātitatis cōtinue que pr⁹ intelligitur vni quod est p̄ncipium numeri. Sed ē diuisio quam causat contradictio prout hoc ens ⁊ illud dicuntur diuisa ex eo qꝫ hoc non est illud. Sic ergo primo in intellectu nostro cadit ens ⁊ deinde diuisio ⁊ post hoc vnum quod diuisionem priuat ⁊ vltimo multitudo que ex vnitatibus constituitur. Naz licet ea que sunt diuisa multa sint non habent rationem multoꝝ nisi postquam huic ⁊ illi attribuitur qꝫ sit vnum quamuis etiam nihil prohiberet dici rationem multitudinis dependere ex vno secundum qꝫ est mensurata per vnum quod iam ad rationem numeri pertinet.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Est autem vnius quidem sicut ⁊ in diuisione contrariorum descripsimus idem ⁊ similе ⁊ equale pluralitatis vero diuersum ⁊ diuisibile ⁊ inequale:

¶ Determinat de his que causantur ex vno ⁊ multo Et circa hoc duo facit. Primo ponit ea que consequuntur vnum ⁊ multa dicens qꝫ sic superius in v⁹. dictum est vbi diuisit siue distinxit quot modis dicantur contraria ad vnum consequitur idem ⁊ simile ⁊ equale. Nam idem est vnum in substantia simile vnū in qūātitate equale vero vnū in quantitate. Ad pluralitatem vero pertinent contraria horum scilicet diuersum ⁊ dissimile ⁊ inequale: Nam diuersa sunt quoꝝ

UVA. BHSC. IyR_086_1

non est subā vna ⁊ dissimilia que non habent qualitatem vnam ⁊ inequalia q̄ nō hūt vnam quantitatem.

¶ Dicto vero eodem multipliciter. Uno quidem modo secundum numerum: q̄ dicimus aliquando ipsum: hoc autem si ratione ⁊ numero vnuz fiunt: vt tu tibi ipsi ⁊ specie ⁊ materia vnum. Amplius autem si ratione prime substantie vna fuerit vt equalis linee recte eadez ⁊ equalia ⁊ isagonia ⁊ tetragonia ⁊ c̄t plura ſz in his equalitas vnitas.

¶ Secundo ibi ostendit quot modis dicantur predicta. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit modos eorum que consequuntur ad vnum. Secundo distinguit modos eorum que consequuntur pluralitatem ibi. (Quare palā q̄ diuersum ⁊ dissimile). Circa primuz duo facit. Primo ostendit quot mōis dr̄ idē. Secōdo quot mōis dicit̄ simile ibi. (Similia vō ⁊ si nō sunt ⁊c.) Eāle vō ostendit quot modis dicantur predicta. Et circa hoc

vnum diuersum. igitur ⁊ idē ita opponunt.

¶ Prosequitur de illis que cōsequūtur ad pluritatē ⁊ primo de dissimili ⁊ diuerso. secūdo de differēti ibi (Differētia vero ⁊ diuersitas ⁊c). Dicit ergo primo ꝙ qz idem ⁊ diuersū opponunt ⁊ simile ⁊ dissimile: idem aūt ⁊ sic multipliciter dīr: manifestū est ꝙ diuersum ⁊ dissimile multipliciter dicent: qz. s. vnū oppositoꝝ dicit multipliciter ⁊ reliquū vt dicit in pīo topic. Omissa aūt multiplicitate dissimilis qz facile apparet qualiter modi eius accipiantur per oppositum ad modos similis ponit tres modos eius qō est diuersum. Quoꝝ primus est ꝙ diuersuz dicit omne qō est aliud per oppositū ad idē. Sicut enī idez dicebatur omne qō est ipsū quod est relatiuuz idētitatis. ita diuersum dicitur esse qō est aliud qō est relatiuuz diuersitatis. Et ppter hoc vnūquodq; ad aliud cōparatum. aut est idē aut diuersum. Alius modus est quādo nō est vna materia ⁊ vna ratio sicut tu ⁊ ppinqꝰ tibi diuersi ethis. Tertius aūt modus est sicut in mathematicis vt si dicant linee ineqles diuerse. Et qz dixerat ꝙ omne ad oē est idē aut diuersuz ne qs crederet hoc esse vez an in entibus q̄z in nō entibus remouet hoc dicēs. diuersum aūt idē dicit oē ad oē in his que dicunt vnū ⁊ ens: nō aūt in nō entibus. Idē. n. ⁊ diuersum nō opponunt vt cōtradictoriā quoꝝ altez necesse est vez esse de quolibet ente aut nō ente sed opponuntur vt cōtraria que nō verificant nisi de ente. Et iō diuersum nō dicit de nō entibus sed nō idē qō cōtradictorie opponitur eidē. dicit etiā de nō entib⁹ Sed in oībus entibus dicit idē aut diuersū. Oē enīz quod est ens ⁊ vnū in se cōparatū alteri. aut est vnū ei ⁊ sic est idē aut nō vnū aptum natū esse vnū ei ⁊ sic est diuersū. Sic igit diuersū ⁊ idē opponunt. Sigs aūt obijciat ꝙ diuersū ⁊ idē nō sunt in oībus entibus cum idē sequatur vnitatē substātie. diuersitas autez substātie pluralitatē dicēdum est ꝙ qz substātia radix est alioꝝ genez illud quod est substātie transfert ad omnia alia genera sicut de eo qō qd est philosophus dixit supra in. vij. ¶ Deinde cum dicit.

Lec. 4. Lo. 12. ¶ Differētia vero ⁊ diuersitas aliud diuersum enim a quo est diuersum non necesse ali quo esse diuersum: omne nāq; aut diuersuz aut idem quodcūq; est ens differēs vero ab liquo. aliquo differēs. quare necesse ipsū idē aliquid eē quo differūt: hoc aūt ipsum idem genus aut spēs. Omne nanq; differens differt aut genere aut spē: genere quoꝝuz quidē nō est cōmunis materia. Nec generatio ad uicem: vt quoꝝcunq; alia figura cathegorie specie vero quoꝝ idē est genus. Dicitur ār genus secūdū quod ambo idē dicunt scōm substātiam differētia. cōtraria vero differentia esse ⁊ cōtrarietas differētia quedam.

¶ Ostendit in quo differat differētia ⁊ diuersitas do minus ꝙ aliud ē differētia aliud diuersitas. Duo. n. quoꝝ vnum est diuersum ab altero: non est necesse ꝙ aliquid esse diuersa. Sūt enim eē diuersa seipsis. Et hoc ex predictis patet qz quodcunq; ens alteri cōparatum aut est diuersum aut est idem. Sed ꝙ est differens ab aliquo oportet ꝙ per aliquid sit differens. Unde necesse est vt id quo differētia differt sit aligd idem in illis que nō sic differūt. Hoc ār quod est idē in pluribus vel est genus vel est spēs. Unde oē differens differt aut genere aut spē. Genere quidē differunt quoꝝ nō est cōis materia. Dictum est enī. ē. in viij. ꝙ licet materia nō sit genus tamen ab eo quod ē materiale in re sumit ratio generis sicut natura sensibilis est materialis in homine respectu vōis. Et iō illud qō nō cōcat in nā sensibili cū homine est alterius generis. Et qz ea que nō cōcant in materia non generantur adinuicem sequet ea genere esse diuersa quoꝝ nō est generatio adinuicē. Quod etiam necesse fuit addere propter ea que nō habēt materiam sicut accidētia sunt. Ut sint genere diuersa quecūq; sunt in diuersis predicamētis vt linea ⁊ albedo quoꝝ vnum nō fit ex alio. Spē vero differētia dicuntur quoꝝ est idem genus ⁊ secūdum formā differunt. Dicitur aūt genus quod predicatur de duobus spē differentibus sicut de homine ⁊ de equo. Cōtraria autē differunt ⁊ contrarietas est differentia quedam.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod autē hoc bene supponimus palaz ex inductione. omnia. n. differētia vidētur eadem. ⁊ nō solum diuersa entia. Sed hec quidem genere diuersa: hec aūt in eadē coelemētatione cathegorie. quare in eodē genere ⁊ in eadē spē. Determinatuz autē est in aliis que sunt genere eadem. que diuersa.

¶ Probat per inductionem quod dixerat de ratione differētie quia omnia differētia videntur esse talia scilicet quod non soluz sint diuersa. sed aliquo modo diuersa sicut hec quidē diuersa sunt genere hec autez sunt in eodem predicamēto ⁊ in eodē genere sed differunt spē ⁊ quedam sunt eadē specie. Que autē sunt genere eadem aut diuersa determinatum est in alijs idest in quinto huius.

Lec. 4. Lo. 13.

q Uoniam autem differre contingit abinuicem differentia plus ⁊ minus est aliqua maxima differentia.

¶ Lectio quinta.

p Postquam philosophus determinauit de vno ⁊ multo ⁊ de his que ad ea cōsequuntur: quoꝝuz vnum est cōtrarietas que est differētia quedam vt dictum est. hic determinat de contrarietate qz eius consideratio spālem habz difficultatem. Et diuiditur in partes duas. In pīa ostēdit ꝙ contrarietas est differentia maxia. In secūda ingrit vtrum contraria differant genere aut spē ibi. (Diuersum vero spē ab aliquo ⁊c). Pīa diuiditur in duas. In pīa determinat de contrarijs. In secūda de medijs ibi. (Qm̄ vō contrarioꝝ cōuenit ⁊c). Pīa diuidit in duas. In pīa ostēdit nām contrarietatis. In secūda mouet q̄sdam dubitatōes circa predeterminata ibi. (Qm̄ vō vnum vni contrarium est). Pīa diuiditur in duas partes. In pīa ostēdit qd sit contrarietas. In secunda determinat de contrarietate per comparatōez ad alias species oppositionis ibi. (Pīa vō cōtrarietas ⁊c). Circa pmum duo facit. Pīo ostēdit diffinitiō nē contrarietatis secundū ad diffinitionē assignatam reducit oēs alias diffinitōes que de contrarijs assignātur ibi. (Necesse est alios terminos ⁊c). Circa pmū duo facit. pmo ponit diffinitōem contrarietatis. Secundo ex diffinitōe assignata quedam correlaria concludit ibi. (At vō maximū in vnoquodq; genere ⁊c). Circa pmū duo facit. Pīo ostēdit aliquā esse differentiam maximā hoc modo. In quibuscunq; est inuenire magis ⁊ minus est inuenire maximū cum non sit pcedere in infinitū sed cōuenit differre aligd ab altero magis ⁊ minus ergo ⁊ cōuenit aliqua duo maxime differre. Et ita est aliqua differentia maxima.

¶ Et hanc dico contrarietatem: quia vō maxima est differentia palam ex inductione gē/

UVA. BHSC. IyR_086_1

nere nam q3 differentia non habent viam in invicem: sed distant magis ⁊ confirmabiliter differentibus vero spetie generationes ex cō trarijs sunt vt vltimus vltimoꝝ3 vero distā tia maxima est: quare ⁊ que contrariorum.

¶Scō ibi. Oñdit q3 cōtrarietas sit maxima dñia p inductionē. Quecunq3 .n. differūt aut differūt gñe. aut differūr spē. Illa aūt differūt gñe nō sunt cōparabi lia adiuicē sz magis distāt q3 q3 possit ī eis accipi ma gis ⁊ minus differe. Hoc .n. accipit in illis quoꝝ est transmutatio invicem. Intelligitur eniz p:oecessus q dam ⁊ via transmutationis de vno in aliud per hoc p:imo q3 magis differūt. ⁊ postea minus. ⁊ sic quo usq3 vnū transmutatur in alteruz. In illis aūt q̄ dñt genere nō ē accipere h3i viā trāsmutationis vnius in alterum. vñ in eis nō ē accipe magis ⁊ min3 differre ⁊ p ons nec maxie differe. ⁊ sic ī differētib3 gñe nō ē maxia dñia. In illis vo q̄ differūt spē oz maximam dñiam ee iter ctraria. q: gñatiões mutue sūt ex cōtra riis. sic ex vltis gñar qō mediū. ex extrēo āt e3. Aut āt mediū ex medio vt palliduz ex nigro vel ex rubeo Non tamen huiusmodi generationes sunt ex duob3 quasi vltimis. Cum enim generatio ex nigro proce dit pallidum: adhuc vlterius potest p:ocedere ad ad aliquid magis differens. Sed cum iam peruene rit ad album non potest vlterius p:ocedere ad aliqd magis differens a nigro. Et sic ibi est status sicut ī vl timo. Et p:opter hoc dicit q3 generationes fiunt ex cō trarijs sicut ex vltimis. Sed manifestum est q3 distā tia vltimoꝝ semper est maxima. Reliquitur er go q3 inter ea que differunt specie: maxime differunt contraria. Cum autem ostenderimus q3 ea que diffe runt genere non dicuntur maxime differre. ⁊ tamen est aliqua maxima differentia sequitur q3 contrarie tas non sit aliud q̄ maxima differentia.

¶Deinde cum dicit.

¶At vero maximum in vnoquoq3 genere
lec.14. perfectum maximum enim cuius non est ex cessus. Et perfectuz cuius non est adhuc ex tra sumere aliquid possibile. finem enim ha bet perfecta differentia sicut ⁊ alia eo q3 finez habeant dicuntur perfecta. nihil autem ex tra finem. vltimum autem in omni ⁊ continet p:opter quod nihil extra finem nec eget ali quo quod perfectum: Quod quidem igitur contrarietas est differentia perfecta ex his palam. multipliciter autem dictis contrarius sequetur quod perfecte ita sicut vtiq3 quod est contrarijs esse extiterit ipsis.

¶Inducit duo corrolaria ex p:emissis quoꝝ p:imū est q3 contrarietas sit perfecta differētia: quod sic pba tur. Maximū in vnoquoq3 genere est idez quod per fectum est: quod patet ex hoc q3 maximum est quod non excedit. ⁊ perfectuz est extra quod nō potest ali quid sumi. Et sic eadem videtur esse differentia ma xima ⁊ perfecti. Et q3 perfectum sit extra quod nō po test aliquid sumi: patet: quia omnia dicūtur perfecta eo q3 deveniunt ad finem. Extra finem autem nihil est: quia finis est id quod est vltimum in omni re: et quod continet rem. vnde nihil est extra finez. Nec id quod perfectum est indiget aliquo exterioꝝ: sed totū continet sub sua perfectione. Et sic patet q3 perfecta differentia est que peruenit ad finem: ⁊ sic cum con trarietas sit maxima differētia: vt probatum est: se quitur q3 sit differentia perfecta. Sed quia contraria dicuntur multipliciter: vt postmodum dicetur: non omnia contraria dicuntur perfecte differentia: sz ita consequitur quelibet contraria perfecte differre. sicut competit eis esse contraria quibusdaz scilicet p:imoꝝ ⁊ quibusdam secundario.

¶His enim entibus palam q3 non contin git vni plura contraria esse. nec enim vltimo vlterius. Et erit vtiq3 aliqd nec distantia vni us plura sunt q̄z duo vltima.

¶Secundo corrolarū ponit dicēs: q3 cū p̄dicta sint vera manifestū est: q3 non conuenit plura esse cōtra ria vni. Quod quidem probat dupliciter. ¶P:imo q: contrarietas est maxima ⁊ perfecta differentia quasi vltimoꝝ. Unus autem distantie non possunt esse plura vltima q̄z duo. Sicut videmus q3 vnius recte linee sunt duo puncta extrema. nec iterum vltimo est aliquid vlterius. Unde impossibile est si cōtrarietas est vna distantia q3 vni contrariorum contrariarētur aliqua duo ex quo quasi vltima nec q3 vnuz contrarie tur magis: ⁊ alterum minus: quia id quod contraria ret minus non esset vltimuz: sed aliqd hꝫet vlterius.

¶Totaliter autē si est contrarietas differen tia. differentia vero duoꝝ. quare ⁊ perfe cta. necesse autem ⁊ alios terminos esse ve ros contrarioꝝ etenim plurimum differt perfecta differentia. Genere autem differen tibus nō est magis extra accipere ⁊ his que specie ostensum eniz quia ad ea que sunt ex tra genus non est differentia. horum autem hec maxima ⁊ in eodem genere plurimuz dif ferētia contraria maxima nāq3 dīntia horū que perfecta ⁊ que in eodem susceptiuo plu rimum differentia. Eadez eniz est materia contrariis ⁊ que sub eadez potentia pluri muz differentia ⁊ eniz scientia circa vnūz ge nus q̄ vna in qbus perfecta dñia maxima.

¶P:obat idem alio modo dicens: q3 cōtrarietas ē differentia quedam. Omnis autem differentia est ali quoꝝ duoꝝ. Unde ⁊ perfecta differentia ē duo rum. Et sic vnum vni tantum est contrarium. De inde cum dicit. Necesse est autem ⁊ alios terminos Ostendit q3 omnes diffinitiones de contrarijs date secundū p:edictam diffinitionem contrarietatis veri ficantur. Et ponit quattuoꝝ terminos. id est diffini tiones contrarioꝝ ab alijs assignatas. Quarum p:ima est q3 contraria sunt que plurimum differunt. Hoc enim verificat secundum p:edicta: cum contra rietas sit perfecta differentia que facit plurimum dif ferre. Manifestum est enim ex p:edictis q3 in hijs: q̄ differūt genere non est accipere quid magis differēs hijs que differūt specie. quia ad ea: q̄ sunt extra gen3 non est differentia. vt dictum est. Eoꝝ vero: que
Lec.4. differunt spetie maxima differentia est contrarioꝝ. Et sic sequitur q3 contraria sunt que plurimum diffe runt. Secunda diffinitio est: q3 contraria sunt q̄ plu rimum differunt in eodem genere. Que etiam verifi catur secundum p:edicta: quia contrarietas ē p:fecta differentia. Maxima autem differentia eoꝝ: q̄ sūt in eodē genere est perfecta differentia. Unde relingi tur q3 contraria sunt que plurimum differunt in eodē genere. Tertia diffinitio ē q3 contraria sunt. que plu rimū differunt in eodem susceptibili. Quod etiaz ve rificatur ex p:edictis. q: eadē est materia contrarioꝝ cū ex invicē generent. Quarta diffinitio ē q3 cōtraria sunt q̄ plurimū differunt sub eadē potentia. idest arte

UVA. BHSC. IyR_086_1

vel scientia. Nam scientia est potētia rationalis; vt in ix. dictum est. Et hec etiā diffinitio ex predictis verificatur: q; vna scia est circa vnū genus. Cū igitur ptraria sint ī eodē gñe oz ꝙ sint sub eadē potētia sine scia. Et q; ptrarietas ē pfcā differētia ī eodē gñe oz ꝙ contraria plurimū differāt eoz que sunt sub eadē sciētia.

Lect. 2.

Co. 15.

p Rima vero cōtrarietas hītus ⁊ priuatio ē: ſz ñ oīs priuatio. multipliciter. n. priuatō: ſz q̄cūq; pfecta fuerit

¶ Lectio sexta.

p Ostquam pbs diffinit ptrarietatē. ꝙ pat ipaz ad alias spēs oppōnis. Et circa. h. d. f. p. ponit ꝙ intēdit. ſ. ꝙ ptrarietatis pncipiū ē oppō puatiōis ⁊ hītus. scōo máifestat quod suppoſuerat ibi. (Si ergo opponūt ⁊c.) Circa pmū duo facit. ¶Primo enī ponit. ꝙ pncipiū cōtrarietatis ē priuatio ⁊ hītus. q. ſ. ī oī ꝛietate puatio ⁊ hītus includit. Sz ne aliqs crederet ꝙ idez esset opponi scōm puationē ⁊ habitū ⁊ secūdū ꝛietatem. subiungitur ꝙ non omnis priuatio sit contrarium. quia priuatio: sicut in superioribus habitum est multipliciter dicitur. Aliquando enim quocūq; modo si non habeat quod natum est haberi dicitur esse priuatio. Sed talis priuatio non est contrarium: q; talis priuatio non ponit aliquam naturam oppoſitā habitui sz ſupponat subiectum determinatū. Sz priuatio dicitur esse contrariuz: quecūq; fuerit perfecta priuatio. Cum autem priuatio secundum id quod est non recipiat magis ⁊ minus non potest dici perfecta priuatio nisi ratione alicuius nature que perfectaz distantiam habeat ad habituz. sicut non omnis puatio albi est contraria albo. Sed priuatio magis distans ab albo quā oportet fundari in aliqua natura eiusdē generis maxime distante ab albo. Et secundum hoc dicimus ꝙ nigrum est contrarium albo.

Li°. 5. ca°. de p uatione.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Alia autem contraria hoc dicentur: hoc quidez per habere. Alia vero per facere aut facta esse. alia autem per acceptiones esse ⁊ abiectiones horum aūt aliorū cōtrariorum.

¶ Scōo oñdit q̄liter ab ista prima ꝛietate alia contraria deriuent dicens ꝙ alia contraria dicuntur secundum hoc scilicet secundum priuationem et hītuz diuersimode. Quedā. n. dr cōtraria in eo ꝙ hñt ī se inclusaz priuationē ⁊ habitū sic albū ⁊ nigz ⁊ calidū ⁊ frigidū. Alia per hoc ꝙ actu faciūt priuationē ⁊ habitū. sicut sunt calefaciens ⁊ infrigidās. Aut per hoc ꝙ sunt virtute actiua priuatiōis ⁊ habitus: sicut calefactiuū ⁊ infrigidatiuū. Alia vero per hoc ꝙ sunt acceptiones dictorū: sicut calefieri ⁊ infrigidari. Aut p hoc ꝙ sunt abiectiones eoruz: sicut corruptio caliditatis ⁊ frigiditatis. Et non solum aliqua dicuntur ptraria per hoc ꝙ dicunt dictas habitudines ad pma cōtraria: sed ēt per hoc ꝙ habēt habitudines easdē ad contraria sequentia. sicut si dicamus ꝙ ignis ⁊ aqua sunt contraria: quia habent calidum ⁊ frigidum que etiam dicebantur contraria per hoc ꝙ includūt priuationem ⁊ habitum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur opponūtur contraditio ⁊ priuatio ⁊ contrarietas. ⁊ ad aliquid horum autez primum contraditio. Contradictionis autē nihil est medium. contrariorum autem contingit quod quidem non idem contraditio ⁊ contraria palam.

¶ Manifestat quod suppoſuerat: scilicet ꝙ prima cō trarietas est priuatio ⁊ habitus. ⁊ hoc dupliciter. primo per syllogiſmū. Secūdo per inductionē ibi. ¶ Palam aūt ⁊ per inductionem ⁊c. (Circa primum duo facit. ¶Primo ostendit ꝙ contrarietas non est ptradictio. dicens ꝙ cum quattuor modis aliqua alicui opponantur. vno modo vt cōtradictio sicut sedens non sedenti. Alio modo vt priuatio sicut cecus videnti. Tertio modo vt contrarietas sicut nigrum albo. Quarto modo ad aliquid sicut filius patri. inter ista quattuor genera oppoſitionis primum est contraditio. Cuius ratio est. quia contradictio includitur in omnibus aliis tanq̄ prius et ſimplicius. Oppoſita enim secundum quodcunq; oppoſitionis genus impoſſibile est simul existere. Quod quidem contingit ex hoc ꝙ alterum oppoſitorum de sui ratione habet negationem alterius. Sicut de ratione ceci est: ꝙ nō sit non videns. Et de ratione nigri ꝙ non sit album. Et ſimiliter de ratione filij est ꝙ non sit pater eius: cuius est filius. ¶ Manifestum est autem ꝙ in cōtradictione non est aliquod medium. Necesse est enīz aut affirmare aut negare: vt supra in. quarto manifestuz fuit. Contrariorum autem conuenit esse medium. Et sic manifestum est ꝙ contrarietas ⁊ contradictio nō sunt idem.

Lect. 2. q. 3.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Priuatio vero contraditio quedam est aut enīz quod impoſſibile est totaliter habere: aut ſi quod aptum natum habere non habeat priuatum est: aut totaliter aut aliqualiter determinatum est multipliciter iam hoc dicimus: ſicut diuiſum est a nobis in aliis. ego priuatio quedam est contradictio aut in potentia determinata: aut concepta cum ſuſceptione. quapropter contradictionis quidē non est medium: ſed priuationis alicuius ē equale nanq; aut non equale. omne equale vero aut in equale non omne niſi ſolum in ſuſceptiuo qualitatis.

¶ Ostendit qualiter se habeat priuatio ad ptradictionem manifestans qualiter conueniant ⁊ qualiter differant. Dicit ergo ꝙ priuatio est quedam contradictio Dicitur enim priuatio vno modo quando aliquid ſi habet quod nullo modo natum est habere: vt ſi dicerem; ꝙ lapis non habet viſum. Alio modo dicitur aliquid priuari, ſi non habeat quod natum est habere ſicut animal ſi non habeat viſum. Et hoc dupliciter. vno modo qualitercunq; non habeat. Alio modo ſi non habeat cum aliqua determinatione: puta in tempore determinato. aut aliquo modo determinato: ga priuatio multipliciter dicitur ſicut ſupra habitum est quinto ⁊ nono. Ex hijs ergo patet ꝙ priuatio ē quedam contradictio. Et quidem ꝙ ſit contradictio pz ex hoc ꝙ aliquid dicitur priuatum ex hoc quod non habet. Sed ꝙ non ſit contradictio abſoluta: ſed contradictio quedam patet ex hoc ꝙ contradictio de ſui ratione non requirit neq; aptitudinem neq; etiam eſſentiam alicuius ſubiecti. verificatur enim de ente ⁊ de non ente quocunq;. Dicimus enim ꝙ animal non videt ⁊ lignum non videt. ⁊ ꝙ non ens non videt. ſed priuatio de neceſſitate requirit aliquod ſubiectuz. ⁊ quandoq; etiā requirit aptitudinē in ſubiecto. Quod enīz est omnino non ens non dicitur priuari. Et ideo dicit ꝙ priuatio aut est indeterminata potētia ſicut cum aptitudine ad habitum. aut ſaltem concepta cum ſuſceptiuo. ideſt cum ſubiecto: ſz nō habēte aptitudinem ad habitum. Sicut ſi dicamus voces inuiſibilem aut lapidem rem mortuam. Et ideo contradictio non potest habere mediuz. ſed priuatio ali

UVA. BHSC. IyR_086_1

quo modo medium habet. Necesse est enim omne aut equale aut nõ eqle eé siue sit ens siue nõ ens. Sz ñ necesse é dici de omni q̃ sit equale aut inequale: sz sic ium hoc necesse est in susceptiuo equalitatis. Sic igi tur oppositio contradictionis omnino est immediata oppositio vero priuationis est imediata i determina to susceptiuo non ãt est imediata simpliciter. Ex quo pz q̃ contrarietas q̃ nata est habere medium propin quior est priuationi q̃ contradictioni. Mondũ tamẽ habetur q̃ priuatio sit contrarietas.

¶ Si itaq̃ generationes ipsi materie ex cõ trariis fiunt aut ex specie: aut ex speciei habi tu aut priuatione aliqua speciei ⁊ forme: pa lam quia contrarietas priuatio quedam vti q̃ erit omnis.

¶ Restat tertio ostẽdendum q̃ contrarietas sit ẽua tio ibi (Si itaq̃ generatiões ⁊c.) Circa hoc duo facit p̃o ostendit p syllim q̃ cõtrietas sit ẽuatio hoc mõ. oẽ illõ: ex quo fit gnãtio aut ẽ spẽs siue qcũq̃ hñt spẽi. aut est priuatio speciei siue cuiuscũq̃ forme. Omne q dẽ di cit q: est duplex generatio. Generat. n. aliqd simpli citer in genere substãtie ⁊ secundũ quid in genere ac cidentiuz. generationes enim sunt ex cõtrarijs in ma teria. Ad manifestũ est ergo q̃ omnis contrarietas ẽ ali qua priuatio. Si enĩ alterũ extremorũ in qualibz ge neratione est priuatio. ⁊ vtrunq̃ contrariorũ ẽ extre mum generationis: quia ptraria generantur ex inui cem sicut albũ ex nigro ⁊ nigrũ ex albo necesse est q̃ semper alterum contrariorum sit priuatio.

¶ Priuatio vero non omnis forsam cõtra rietas. causa vero quia multipliciter contin git priuari priuatum: ex quibus enim per mutationes extremis contraria.

¶ Ostendit q̃ non omnis priuatio est cõtrarietas q̃ etiam supra dixerat dicens. Non omnis priuatio est contrarietas. ⁊ causa huius est: quia priuatuz contue nit multipliciter vpari. Quocũq̃ enĩz modo id quod natũ est habere aliquaz formaz non habeat illam di ci potest esse priuatũ siue sit in dispositiõe propinqua ad formam illam siue remota sed cõtrariũ est semp i dispositione remota. q: contraria sunt ex quibus fiũt permutationes sicut ex extremis. vnde supra dictum est q̃ sunt maxime distãtia. Aliquid enim priuari di citur albedine si non sit album: siue sit palliduz: siue quocunq̃ alio colore coloratum. Sz iõ nõ dicitur esse contrarium. nisi quando est maxime distans ab albo scilicet quando est nigrum. vnde manifestum ẽ q̃ nõ omnis priuatio est contrarietas. Ex hoc etiam appa ret q̃ cum priuatio nihil aliud requirat nisi absentiaz forme suppoita tantũ habitudine in subiecto sine hoc q̃ determinet aliquam dispositionem in subiecto: per quam subiectũ sit propinquum forme vel distans ab ea q̃ priuatio non significat aliquam naturã in subie cto: sed presupponit subiectum cum aptitudine ptra rium vero requirit determinatam dispositionem sub iecti secũdũ quam maxime distet a forma absente de necessitate aliquam naturam significat in subiecto q̃ ẽ eiusdem generis cũ forma absente. sicut nigrum ẽ in genere albi. Considerandũ est etiam q̃ ẽ duplex pri uatio. q̃dam que habet imediatũ ordinẽ ad subiectuz forme. Sicut tenebra habet immediatum ordinem ad diaphanuz. Et inter huiusmodi priuationẽ ⁊ for mam oppositam est mutua transmutatio. Aer enim de lucido fit tenebrosus ⁊ de tenebroso fit lucidus. Quedam autez priuatio est que non compãratur ad subiectum forme nisi mediante forma: cum sit vt que dam corruptio eius. sicut cecitas est corruptio visus: mors est corruptio vite. Et in talibus non est mutua conuersio sicut supra in nono habitum est. Cum igi tur hic ostenditur contrarietatem esse priuationez ex mutua transmutatione: que est in contrarijs ⁊ priua tione ⁊ forma manifestum est q̃ non dicitur ista esse contrarietas que est corruptio forme: sed que habet immediatum ordinem ad subiectum forme. Et sic cessat illa obiectio: que ponitur in predicamentis q̃ a priuatione ad habitum non fit reuersio. Contraria autem transmutantur inuicem. Lec. 4.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam aũt ⁊ per inductionem. Omnis enim contrarietas habet priuationem alteri us contrariorum: sed non similiter. omnia nãq̃ inequalitas equalitatis: ⁊ dissimilitudo dissimilitudinis ⁊ malitia virtutis.

¶ Ostendit per inductionem q̃ contrarietas sit pri uatio. Et hoc dupliciter. Primo inducendo in sin gulis contrarijs. Secundo reducendo ad prima con traria ibi. (Sufficit autem ⁊ si prima ⁊c.) Circa pr mum duo facit. Primo ostendit per inductionem: q̃ contrarietas sit priuatio dicens q̃ hic supra ratio ne syllogistica ostensum est. Palam est etiam per inductionem. Quia omnis priuatio inuenitur habe re rationem alterius contrariorum. Semper enim duorum contrariorum vnum est defectiuum respe ctu alterius. Sed tamen non in omnibus contra rijs sic inuenitur vnum priuatio alterius: vt infra di cetur. Et q̃ vnum contrariorum sit priuatio alteri us ex hoc apparet: quia inequalitas est priuatio e qualitatis. Et dissimilitudo similitudinis ⁊ malitia virtutis.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Differt autem vt dictum est: hoc quidem enim si solum sit priuatum: hoc autem si est aut quãdo aut in quo vt si certe etate aliqua aut principali aut omni vel omnino. quapro pter horum quidem est mediũ est sed neq̃ bonus hõ neq̃ malus. Aliorum vero nõ est sed necesse esse aut parem: aut imparem. Amplius alia quidem habẽt subiectum de terminatum. alia autem non. quare palam quia semper contrariorum dicitur secundũ priuationem.

¶ Ostendit q̃ diuersi mode vnum contrariorum est priuatio alterius. Hoc enim conuenit secundum di uersam rationem priuationis: que quidem diuersi tas attenditur dupliciter. Uno modo ex hoc q̃ priua tio potest dici vel quia solum aliquod priuatum est modo quocunque. Uel quia est priuatum in aliquo tempore determinato: vel in aliqua parte determi nata. In tempore quidem determinato sicut si sit priuatum in aliqua etate. In parte autem deter minata sicut si sit priuatum in aliqua parte principa li. Aut etiam in omni. Id est in toto. Dicitur enĩz Aliquis in sensatus si in etate perfecta discretio ne careat. Non autem in puerili etate. Et similiter aliquis nudus non si aliqua pars eius nõ sit tecta sed si plures aut principales partes intecte remaneãt. Et propter istam diuersitatem priuationis que in contra dictione includitur conuenit q̃ quorundaz contrario rum est medium ⁊ quorundam non. Inter bonum enim ⁊ malum medium est. Est enim aliquis homo neq̃ bonus neq̃ malus. Dicitur enim bonus homo bonus secundum virtutem. Nam virtus est que bo num facit habentem. Non autẽ omnis qui caret vir tute malus est. Nam puer caret virtute. ⁊ tamen nõ

UVA. BHSC. IyR_086_1

dicitur malus. Sed si in etate in qua debz habere vtutem non habeat malus dicitur. Uel etiaz si aliquis virtute careat quantuz ad aliquos actus minimos ⁊ quasi indifferentes ad vitam: non dicitur malus. sed solū si careat virtute quantū ad actus principales ⁊ necessarios ad vitam. Sed par ⁊ impar in numeris nō habet mediuz: quia numerus dicitur ipar ex hoc q̄ quocūq; modo caret paritate. Alia vero diuersitas priuatōis est quod priuatio quedam determinat sibi subiectū. quedaz vero nō. Dicituz est enī supra q̄ id q̄ caret aliquo etiā si non natum sit habere quandoq; dicitur priuatū. Ex hac aūt diuersitate priuationis pōt cōtingere in aliqb⁹ ōrijs q̄ habeāt mediū vī nō habeāt sicut si dicam⁹: q̄ cū hō dicatur bon⁹ secūdum virtutes politicas: si malum quod includit priuationem boni requirat determinatū subiectū rusticus qui nō participat conuersatione ciuili nec bonus nec malus est bonitate vel malitia ciuili. Sic igit̄ patet ex predictis: q̄ alterum contrariozum dicitur secūdum priuationem.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Sufficit āt ⁊ si pncipia ⁊ gña ꝓxioꝛ: puta vnū ⁊ multa. alia nanq; ad hoc reducunt.

Lo. 17. ¶ Ostendit idem reducendo ad prima contraria: dicens q̄ sufficit ad ostendendū q̄ alterum contrariozꝫ fit priuatio: si hoc inuenitur in primis contrarijs: que sunt genera aliozꝫ contrariozꝫ sicut sunt vnū ⁊ multa. Et q̄ ista sunt prima contraria patet ex hoc q̄ omnia alia cōtraria reducūtur ad illa. Nā ad vnuz ⁊ multa reducunt̄ equale ⁊ inequale simile ⁊ dissimile. idē ⁊

Lc. 15. diuersū. Differētia aūt diuersitas quedā est ⁊ cōtrarietas differētia quedam. vt supra habitum est. Et sic patet q̄ ois cōtrarietas reducitur ad vnum ⁊ multa. Unū autē ⁊ multa opponunt̄ vt diuisibile ⁊ idiuisibi

Lec. 4. le: vt supra habitum est. Et ita relingtur: q̄ omnia cōtraria priuationem includant.

Uoniā autem vnum vni contrariuz
q **est. Dubitabit aliqs qūo opponūtur vnū ⁊ mlta. ⁊ eq̄le magno ⁊ puo**

¶ Lectio septima.

p **Ostquā** pbus ondit qd ē ꝓrietas. b determiat q̄sdā dubitationes circa pdeterminata. Et circa hoc duo facit ꝓio mouet dubitatōes. Scōo pseq̄t eas ibi. (Unū enī semp in oppositōe dicimus ⁊c.). Oritur aūt du-

Lec. 5. bitationes ex hoc q̄ supra dictū est q̄ vnū vni cōtrarium est. Quod quidē in duplici oppositione fallere videtur. Nā vnū ⁊ multa opponunt̄: cū tamē ex multis opponant̄ pauca. Similiter āt ⁊ equale videt̄ opponi duobus. s. magno ⁊ paruo. Unde relinquit̄ dubitatio quomodo pdicta opponunt̄. Si enī opponātur secundū contrarietatez videtur falsum esse qō dictum est q̄ vnum vni contrarium est.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Utrum enim semp in oppositione: in oppositione dicimus: ⁊ vtrū album aut nigruz. ⁊ vtrū album aut non album. vtrū vo albuz aut homo nō dicimus nisi ex suppositione. Et querētes vtrū venit Cleon aut Socrates: sed nō necesse in vno aliquo genere hoc: sed hoc inde venit. Nam opposita sola nō cōtingit simul existere: que ⁊ hic vtitur in eo q̄ vter venit. Si enī simul cōtingeret: ridiculosa erit interrogatio: si vo ⁊ ita similiter incidunt in oppositionem in id q̄ vnum aut multa: vt vtrum ambo venerunt aut alter.

¶ Prosequitur pdictas dubitatōes. Et prio dubitationem equalis ad magnū ⁊ paruū. Secūdo pseq̄tur dubitationē de oppōne vnius ad multa, ibi. (Simiter aūt ⁊ de vno ⁊ de multo ⁊c.). Circa primum duo facit. Prio disputat q̄stionē. Secūdo veritatē determinat qōnis ibi. (Restat igitur aut negationē oponi). Et circa primū duo facit. Prio obijcit ad oppositū. Secōo obijcit ad oppositū ibi. (Sz accidit vnū ⁊c). Circa primū tres ponit cōclusiones. in pria: quaz duo facit. Primo manifestat quoddā ex quo rō pcedit dicēs q̄ hac dictione vtrū semp vtimur in oppositis. Ut cū querimus vtrū aliqd sit albū aut nigrū que sūt opposita secundū contrarietatē. ⁊ vtruz sit albū aut nō albū que sunt opposita secundū cōtradictionē. Sed vtrū aliqd sit hō aut albū non dicimus nisi ex hac suppōne q̄ nō possit aliqd esse albū ⁊ hō. Et sic querimus vtrū sit album: vel hō sicut querim⁹ vtrū veniat Cleon: aut Socrates supponētes q̄ nō ambo simul veniant. Sz hic modus querēdi in his que nō sunt opposita in nullo genere est secūdū necessitatē: sed solū ex suppōne. Et hoc iō: q: hac dictōe vtrū vtimur ⁊ solū i oppositis ex sua necitate. In aliis āt ex suppōe tm̄: q: sola opposita ex nā nō q̄enit sit existere. ⁊ hoc. s. si nō simul sit verū vtrūq; quo vtic q̄rit vtrū veniat ſor. aut Cleon q: si cōtingeret eos simul venire ōrisoria eēt ītrogatio. Et si ita est q̄ simul nō cōtingat eos venire incidet predicta qō in oppōne q̄ est inter vnuz ⁊ multa. Opz. n. q̄rere de sorte ⁊ Cleone vtrū ābo veniāt vel alter tm̄. Que quidē qō est scōm oppōnez vnius ad multa. Et supposito q̄ alter veniat tunc demū hz locum questio vtrū veniat Sortes aut Cleon.

¶ Si itaq; in oppositis semp est ipsi⁹: vtrū interrogatio dicit: aut vtrum maius aut minus: aut equale aliq̄ oppositio adhuc equalis. Non enim alteri soli contrarium nec ambobus. qd enī magis vel maiozi aut minozi.

¶ Ex propositione iam manifesta argumentant hoc modo hac particula vtrum interrogantes i oppositis semper vtimur vt supra dictum est: sed vtimur hac particula inequali magno ⁊ paruo. Querimus. n. vtruz hoc illo vt maius. aut minus aut equale. Est ergo aliqua oppositio equalis ad magnū ⁊ paruū. Sed nō potest dici: q̄ alterū horum sit contrarium magno vī paruo: q: nulla rō est quare magis sit contrariuz magno q̄z paruo. Nec iterum secundū predicta vid etur q̄ ambobus sit cōtrarium: q: vnum vni est cōtrariū.

¶ Amplius inequali contrarium est equale quare in pluribus erit aut in vno. Si vero inequale significat idem simul amborum vtiq; erit quidem oppositum ambobus.

¶ Secundam rationem ponit que talis est. Equale ē contrariū inequali: sz inequale significat aliqd inēe ābobus. s. magno ⁊ puo: ergo equale ē ꝓrū ābobus.

¶ Et dubitatio iuuat: dicēres inequale dualitatem esse.

¶ Tertiam rationem ponit que procedit ex opinione Pythagore qui attribuebat inequalitatē ⁊ alteritatē dualitatibus ⁊ numero pari. Idēptitatē vero numero ipari. Et ē rō talis equale opponit̄ iequali. Sz in eq̄le cōpetit dualitatib⁹. ergo inequale ē ꝓrū duob⁹.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed accidit vnum duobus contrarium quod est impossibile.

¶ Obijcit oppositum duabus oppositionib⁹ quarū

UVA. BHSC. IyR_086_1

ꝓia talis ē. Magnū ⁊ paruū, sunt duo. Si igit̄ equale ē cōtrariū magno ⁊ paruo. vnū ē ꝺrū duob⁹. Qđ quidez est impossibile: vt supra ostensum est.

¶ Amplius equale quidem medium videtur esse magni ⁊ pui. cōtrariatio autem inter media: neq; videtur neq; ex diffinitione possibile. Nō n. vtiq; esset pfecta mediatio alicuius existens: sed magis habet semper sui/met aliquod medium.

¶ Secundā rationem ponit ibi. Ampli⁹ equale ⁊c. q̄ talis est. Non ē cōtrarietas medij ad extrema: qđ q dem ⁊ secundum seipsum apparet ⁊ ex diffinitione contrarietatis manifestatur: quia contrarietas perfecta est distantia. Quod autem est medium duoꝝ alicuius non est perfecte distans ab altero eorum: qz extrema magis differunt abinuicem q̄ a medio. Et sic relinquit̄ ꝙ contrarietas non est medioꝝ ad extrema: sed magis cōtrarietas est eorum que habent inter se aliquod medium. Equale autē videtur ee medium magni ⁊ parui. Non igitur equale est contrarium magno paruo.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Restat igitur aut vt negationē oppōi aūt vt priuationez alterius quidē vtiq; itaq; nō cōtingit. Quid. n. magis magni aut parui amboꝝ igitur negatio ꝓpriatiua: quapropter ad ambo vtrum dicitur: ad alterum vero nō vt vtrum maius aut equale: aut vtrum equale aut minus sed semper tria.

¶ Determinat siue diffinit veritatem questionis. Et circa hoc tria facit. ꝯPrimo ostendit equale opponi magno ⁊ paruo alio modo q̄ fm contrarietatem cōcludens ex rōnibus supꝛpositis ad vtrāq; partē. Nā prime rōnes ostenderūt ꝙ equale opponitur magno ⁊ paruo. Secūde autē ꝙ nō est cōtrariuz eis. Restat igitur ꝙ opponatur eis alio modo oppositiōis. Et remota ratione oppositionis secundum quam equale dicitur ad inequale non ad magnum ⁊ paruum restat ꝙ equale opponatur magno ⁊ puo. Aut sicut negatio eoꝝ aut sicut priuatio. Et ꝙ altero istoꝝ modorum opponaē vtriq; eorum ⁊ nō alteri tantū ostendit dupliciter. ꝯPrio quidē qz nō est ratio quare equaliter fit magis negatiue: aut priuatio magni q̄ pui: aut ecōuerso. Unde opz ꝙ sit negatio: aut priuatio amborum. Item ostendit hoc per signum. Quia enim equale opponitur vtriq;. ꝓpter hoc vtimur hac particula vtrum interrogātes de equali per ꝓparationē ad ambo ⁊ nō ad alterum tantuz. Non enim querimus vtꝝ hoc illo sit maius vel equale: aut inequale vel mi⁹: sed semper ponimus tria. scilicet vtrum sit maius aut minus aut equale.

¶ Non priuatio aut ex necessitate. nō. n. oē equale aut maius aut mi⁹. sz in qb⁹ aptuz natum est esse. Est itaq; equale quod neq; magnum neq; paruum aptuz natū magnū ⁊ puū ee ⁊ opponit̄ ābob⁹ vt negatō ꝓpriatio.

¶ Secundo ostendit determinate: quo genere opponatur equale magno ⁊ puo: dicēs: ꝙ hec ꝓticula non que includitur in rōne equalis: cū dicimus equale eē quod nec ē mai⁹ neq; minus nō est priuatio simpliciter: sed ex necessitate est priuatio. Negatio enī absolute de quolibet dicit̄ cui nō ineſt sua opposita affirmatio. Quod nō accidit in ꝓposito. Nō enim esse dicim⁹ equale omne id quod nō est maius aut minus: sed solum hoc dicimus vt illis in qbus aptuz natuz est esse maius aut minus. Hec est igitur ratio equalis ꝙ eq̄le est quod nec magnum nec paruz est aptum tamē natum esse, aut magnum aut paruum sicut alie priuationes diffiniuntur. Et ita manifestum est ꝙ equale opponitur ambobus. scilicet magno ⁊ paruo vt negatio priuatiua.

¶ Quapropter ⁊ mediū est ⁊ ꝙ neq; malū neq; bonū opponit̄ ābobus sed innomiatū Multipliciter. n. dicitur vtrunq;. ⁊ non est vnum susceptiuum: sed magis ꝙ neq; albū neq; nigrum vnū vero non hoc dicitur sed determinati coloris in quibus dicitur priuatiue negatio hec nam necesse aut pallidū aut rubeum esse. aut tale aliquid aliud.

¶ Tertio cōcludendo oñdit ꝙ equale est mediū magni ⁊ parui. Et circa hoc duo facit. ꝯPrimo concludit ex dictis ꝓposituz. Cum enim dictū sit ꝙ equale est quod nec magnuz nec parnū est aptum natum esse. aut hoc aut illud. Quod autem hoc modo se habet ad contraria mediū est inter ea sicut quod nec malum nec bonuz ē opponitur ambobus. ⁊ est medium inter bonum ⁊ malū. Unde sequitur ꝙ equale sit medium inter magnum ⁊ paruum. Sed hec est differētia inter vtrunq;: quia quod nec magnum nec parū est: est nominatum. Dicitur enim equale. Sed quod nec bonum nec malum est innominatum est. Et ratio huius est: quia quandoq; ambe priuationes duoꝝ contrariorum cadunt super aliquid vnum determinatum. ⁊ tunc est vnum tantum medium. Et potest de facili nominari sicut equale. Ex eo enim est aliquid nec maius nec minus: quod habet vnam ⁊ eandem quantitatem. Sed quādoq; illud super quod cadunt due priuationes contrariorum dicitur multipliciter. ⁊ non est vnum tantum susceptiuum vtriusq; priuationis coniuncte. ⁊ tunc non habet vnum nomen: sed vel omnino remanet innominatuz: sicut quod nec bonum nec malum est. Quod multipliciter conuenit. Uel secūduz diuersa nomina sicut hoc quod dicim⁹ ꝙ neq; album nec nigruz est. Hoc enim non est aliqd vnum. Sed sunt quidam colores indeterminati in qbus predicta negatio priuatiua dicit̄. Necesse est enī ꝙ id quod neq; est album nec nigrum: aut esse pallidum. aut croceum: aut aliquid tale.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare nō recte increpāt opinātes similiter dici oīa: vt si calcei ⁊ man⁹ medium ꝙ neq; calce⁹ neq; manus. quoniā quidem ⁊ ꝙ neq; bonū neq; malum boni ⁊ mali tanq̄ oīum futuro aliquo medio nō necesse autez accidere hoc. hec qdem oppositorū cū negatio est quorū est mediū aliquod ⁊ distātia aliqua nata est ee. horum autem non est differētia. nam in alio genere quorum cum negationes. quare non vnum quod subiicitur.

¶ Excludit secundum predicta quorundam irrisionem de hoc ꝙ id quod nec bonum nec malum est ponitur medium inter bonum ⁊ malum. Dicebant enī ꝙ pari ratione possit assignari mediū inter quecūq;. Dicit ergo quod cum dictum sit ꝙ oportet esse aliqđ susceptiuum quod natuz est esse vtrum libet extremorum in his in quibus mediuz predicto modo assignatur per abnegationem vtriusq; manifestum est ꝙ nō recte increpant in assignatione huiusmodi mediꝝ illi qui opinantur sequi ꝙ similiter posset dici in omnib⁹ puta ꝙ calcer ⁊ manus sit medium quod nec calce⁹

UVA. BHSC. IyR_086_1

nec manus est: quia quod nec bonum nec malum est medium est boni ⁊ mali quod propter hunc modum quocūlibet sit futurum aliquod mediuz. Sed hoc nō est necesse accidere qz ista coniunctio negationū que perficit mediuz: est oppositoruz que habent aliquod medium est que sunt in vna distantia quasi vnius generis extrema ⁊c. Sed aliorum de quibus ipsi inducunt: sicut calcer ⁊ manus non est talis differentia qz sint in vna distantia. quia sunt in aliquo genere quorum negationes simul accipiuntur. vnde non est aliquid vnum quod subijciatur huiusmodi negationib⁹ Et sic inter talia non est accipere medium.

Lo. 20. s Imiliter autem ⁊ de vno ⁊ de multis dubitabit vtiqz aliquis. Nam si multa simpliciter vni opponunt accidunt quedam impossibilia.

Lectio octaua.

p Ostquam prosecutus est phs q̄stionez que mota fuerat de oppōne equalis ad magnum ⁊ parum. hic prosequit questionē motam de oppositione vnius ad multa. Et circa hoc duo facit. ¶Primo obijcit ad questionē. Scōo determinat veritatē ibi. (Sed forsan multa dicant ⁊c.). Circa primum tria facit. ¶Primo assignat rationē dubitationis dicens qz sicut dubitabile est de oppositiōe equalis ad magnuz ⁊ parum. similiter quidem potest dubitari de vno ⁊ multis vtrum opponantur adinuicem. Et ratio dubitationis est: quia si multa absqz distinctione opponantur vni sequuntur quedaz impossibilia nisi distinguatur de multo sicut ipse post distinguit.

¶Nam vnum paucum aut pauca erit: nam multa pāucis opponunt. Amplius ipa duo sunt multa: sed duplex multiplex dici autem secunduz duo: quare vnum paucuz ad quid enim sunt multa ipsa duo nisi ad vnuz ⁊ paucum: nihil enī est minus.

¶Probat quod dixerat. probat enim qz si vnum opponitur multis qz vnum sit paucū vel pauca. Et hoc duabus rationibus: quarum prima talis est. ¶Multa opponunt paucis. Si igit multa opponunt vni simpliciter sine distinctione cuz vnuz vni sit contrariuz. sequitur qz vnum sit paucuz vel pauca. Secunda ratio talis est duo sūt multa: quod pbatur ex hoc qz duo est multipliciter: sed multa opponuntur paucis. ergo duo opponunt aligbus paucis. Sz duo non pñt esse multa ad aligd paucū nisi ad vnū. Nihil enī minus est duobus nisi vnū. Segtur igitur qz vnū sit paucuz.

¶Amplius si vt in longitudine productum ⁊ breue: sic in multitudine multum ⁊ paucū ⁊ quodcūqz fuerit multum ⁊ multa ⁊ multa multum: si non aliquid differat forte in continuo bene terminabili paucum multitudo q dem erit: quare vnum multitudo quedā est: siquidem est ⁊ paucum: hoc autem necesse ⁊ si duo sunt multa.

¶Ostendit hoc esse impossibile. s. qz vnuz sit paucuz Ita enī se habēt vnū ⁊ paucū ad pluralitatē: sicut productum ⁊ breue ad lōgitudinē. Utraqz enī vtriusqz passiones sunt. Sed omne breue est longitudo q̄dam. ergo omne paucum est pluralitas quedam. Si ergo vnum est paucum quod necesse videtur dicere si duo sunt multa: sequitur qz vnum sit q̄dam pluralitas. Et ita vnum erit non solum multuz: sed etiā multa. Nam omne multum est etiā multa: nisi forte hoc differat in humidis facile diuisibilibus: vt sunt aqua oleum aer ⁊ hmōi: que nominat hic continua bñter minabilia. Nam humidum est quod bene terminatur termino alieno. In talibus enim etiā aliquid continuum dicitur multum: sicut multa aqua vel multus aer quia propter facilitatem diuisionis sunt propinque multitudini. Sed cum horum aliquid est continuum: ita dicitur esse multuz singulariter qz nō dicit esse multa pluraliter. Sed in alijs non dicimus multum nisi quando sunt diuisa actu. Non enim si lignuz sit continuum dñs qz sit multum sed magnuz diuisione autem actu aduenīte non solū dicimus qz sit multum: sed quod etiam sit multa. In alijs igitur non differt dicere multum ⁊ multa. sed soluz in continuo bene terminabili. Si igitur vnum sit multum: sequitur qz sit multa: quod est impossibile.

¶Deinde cum dicit.

¶Sed forsan multa dicuntur quidem vt ⁊ multum: sed vt differens velut idoz: ideſt aq̄ est multum: multa autem non: sed quecunqz diuisa in his dicuntur.

¶Soluit propositum dubitationem. Et circa hoc duo facit. ¶Primo ostendit quod multum non eodez modo opponitur vni ⁊ pauco. Secundo ostendit q̄liter multum opponitur vni ibi. (Opponitur itaque vnum multis ⁊c.). Circa primum duo facit. ¶Primo soluit propositam dubitationem. Secundo ex dictis excludit quendam errorem ibi. (Que propter necrete ⁊c.). Duo autem superius in obijciendo tetigerat ex quibus impossibile hoc sequi videbatur: scilicet quod multum sit multa. ⁊ quod multa opponantur paucis. ¶Primo ergo manifestat primum. dicens quod forsan in quibusdam multa dicuntur indifferenter sicut ⁊ multum. sed in quibusdam multum ⁊ multa accipiantur vt aliquid differens: scilicet in continuo bene terminabili. sicut de vna aq̄ continua dñs qz est aqua multa ⁊ non qz sunt aque multe. Sed in his que sunt diuisa actu quecunqz sunt illa in his indifferenter dicitur ⁊ multum ⁊ multa.

¶Uno qdem modo si fuerit multitudo habens excedentiam: aut simpliciter: aut ad aliquid ⁊ paucum similiter multitudo defectū habens. hoc autem vt numerus vt opponit vni soli ita enim dicimus vnum: aut multa: vt si quis dicat vnum ⁊ pluraliter vna aut album ⁊ alba ⁊ mensura ad metrum ⁊ mensurabile. sic ⁊ multiplicia dicuntur multa enim vnusquisqz numerus: quia vnum ⁊ quia mēsurabile vno vnusquisqz: ⁊ vt quod opponitur vni non pauco: si igitur sunt multa: ⁊ ipa duo: vt aut multitudo habens excedentiam: aut ad aliquid: aut simpliciter nō sūt: sed primum pauca simpliciter ipsa duo: multitudo enim est qz defectum habens prima.

¶Manifestat secundum. scilicet qualiter multa opponantur paucis. dicens quod multa dicuntur dupliciter. Uno enim modo significant pluralitatem excedentem vel simpliciter: vel per respectum ad aliqd. Simpliciter quidem sicut dicimus aliqua esse multa eo quod excedunt pluralitatem: que solet communiter in rebus sui generis reperiri. vt si dicamus. multam pluuiam quando vltra communem cursum plnit. ¶Per respectum autem ad aliquid. vt dicamus decem homines multos in comparatione ad tres. Et similiter paucum dicitur pluralitas habens de-

UVA. BHSC. IyR_086_1

fectum. ideſt deficiens a pluralitate excedente. Alio modo dicitur multū abſolute: ſicut numerus dicitur quedam multitudo. ⁊ ſic multū oppōitur tantū vni. non autem pauco. Nam multa ſecundū hanc ſignificationē ſunt quaſi plurale eius quod dicitur vnum: vt ita dicamus vnum ⁊ multa. ac ſi diceremus vnuz ⁊ vna pluraliter. ſicut dicimus album ⁊ alba. ⁊ ſicut menſurata dicuntur ad meſurabile. nam multa menſurantur per vnum: vt infra dicetur. Et ſecundū hāc ſignificationē a multis dicuntur multiplicia. Manifeſtum eſt enim q̄ ſecundum quēlibet numerum dicitur aliqd multipliciter ſicut a biario duplū. ⁊ a ternario triplū ⁊ ſic de alijs. Unuſqſq̄z. n. nūerus ē multa hoc mō q̄: refertur ad vnū. ⁊ q̄: quodlibet mēſurabile eſt vno. ⁊ hoc ſecundū q̄ multa opponunt vni. Non aūt ſecundū q̄ opponunt pauco. vnde ⁊ ipſa duo que ſunt nūerus quidam ſūt multa ſecūdū q̄ multa opponūtur vni. ſed ſecunduz q̄ multa ſignificant pluralitatē excedentē duo nō ſunt multa: ſed ſūt pauca. Nihil. n. ē paucius duobus: q̄: vnū nō eſt paucū vt ſupra ꝓbatū eſt. Paucitas. n. ē pluralitas habens defectum. prima vero pluralitas habens defectum eſt dualitas. vnde dualitas eſt prima paucitas.

Deinde cum dicit.

Quapropter non recte deſtitit Anaxagoras cum diriſſet: quia ſimul omnes res erant infinite ⁊ multitudine ⁊ puitate: oportebat autem dicere ⁊ pro paruitate ⁊ paucitate. non. n. infinite: quoniam paucum non propter vnum vt qdam dicūt. ſed ꝓpter duo.

Excludit ſecundū predcā quendā errorē. Sciēduz eſt. n. q̄ Anaxa. ponit generationē rerū fieri ꝑ extractionē. vnde poſuit a principio oia exiſtere ſimul i quodam mixto: ſed itellect⁹ incepit ſegregare ab illo mixto ſingulas res. Et hec eſt rerū generatio. Et qa generatio ſecundū eū eſt in infinitū. ideo poſuit q̄ res i illo mixto exiſtentes īfinitatē habebāt. Dixit igit q̄ ante diſtinctionē rerū oēs res eēnt ſimul. infinite qdē ⁊ pluralitate ⁊ paruitate. ⁊ q̄ quidē infinitū in paruitate ⁊ pluralitate poſuit recte dictū ē. q̄: i quātitatib⁹ cōtinuis inuenit infinitū ꝑ diōnē: quā quidē infinitatē ſignificauit per puitatē. In q̄ſtitatibus aūt diſcretis inuenit infinitū ꝑ additionē quā qdem ſignificauit per pluralitatē. Cum igit hic recte diriſſet deſtitit ab hoc ſuo dicto nō recte. Uiſuz. n. fuit ei poſtmodū q̄ loco eius quod dixit paruitatē debuit dicer ⁊ paucitatē: que qdē conceptio ideo nō recta fuit: quia res non ſunt īfinite paucitate. Eſt. n. inuenire paucuz primū ſcilicet duos: nō aūt vnū vt quidaz dicunt. vbi enim eſt inuenire aliquid primū nō ꝓceditur in īfinitum. Si aūt vnū eſſet paucū oporteret in īfinitū procedere. ſeq̄retur. n. q̄ vnū eēt multa: q̄: oē paucuz eſt multū vel multa: vt ſupra dictum ē. Si aūt vnū eſſet multa oporteret eē aliquid minus eo qō eēt paucuz. ⁊ illō iterū oporteret eē multū. ⁊ ſic in īfinitū abiret.

Deinde cum dicit.

Opponit itaqz vnū multis vt metrū mēſurabili: hoc autē vt que ad aliquid: quecunqz nō ſecūduz ſe eorū que ad aliqd diuiſuz ē aūt a nobis in alijs: q̄ dupliciter dicūtur: que ad aliquid alia nāqz cōtraria alia vt ſcientia ad ſcibile. q̄ dicit aliqd aliud ad ipſuz.

Oñdit quō vnū ⁊ multa opponant. Et circa hoc duo. f. Primo oñdit q̄ vnū opponit multis relatiue Scōo oñdit q̄ multitudo abſoluta ñ opponit pauco ibi. (Pluralitas aūt). Circa p^m. 3. f. Primo oñdit q̄ vnū opponit multis relatiue: dicēs q̄ vnū opponit multis ſicut mēſura mēſurabili q̄ qdem opponūt vt ad aliqd. nō tamē ita q̄ ſit de nūero eoz que ſunt ad aliqd ſecundū ſeipſa. Supra. n. i qnto dictū ē: q̄ duplū dūr aliqua eē ad aliqd. quedā nāqz referūt adinuicē ex equo. ſicut dūs ⁊ ſeru⁹ pater ⁊ filius. magnuz ⁊ paruū. ⁊ hoc dicit eſſe ad aliqd vt ꝓtraria. ⁊ ſūt ad aliquid ſecundū ſeipſa. q̄: vtrunqz eoz hoc ipſuz: qō ē ad alterū dicit. Alia vero ſunt ad aliqd nō ex equo: ſed vnū eoz dicitur ad aliqd: non q̄ ipſum referatur ſed q̄ aliqd refert ad ipſuz ſicut in ſcia ⁊ ſcibili cōtingit. Scibile. n. dicitur relatiue. nō q̄: ipm refertur ad ſciaz: ſed q̄: ſcia refertur ad ipſum. Et ſic pz q̄ hmōi nō ſunt relatiua ſecundū ſe. q̄: ſcibili nō hoc ipſū qō eſt ad alterū dicitur ſed magis aliud dicitur ad ipſū. Lecas.

Unum vero eſſe minus aliquo puta duobus nihil prohibet. non enim ſi minus ⁊ paucum. Multitudo autem quaſi genus eſt numeri. Eſt enim numerus multitudo vno mēſurabilis. ⁊ opponuntur aliqualiter vnum ⁊ numerus. non vt contrarium: ſed ſicut dictum eſt. Eorum que ad aliquid: quedam īquantum enim metrum. hoc autez mēſurabile ſic opponunt: quapropter non omne quodcunqz fuerit vnum numerus eſt: puta ſi quid indiuiſibile eſt.

Manifeſtat qualiter vnū oppōitur multis vt mēſurabili. Et q̄: de rōne mēſure eſt q̄ ſit mīmū aliquo mō. ideo primo dicit q̄ vnū eſt minus multis ⁊ etiā duobus. Iz non ſit paucū. Nō enim ſeqtur ſi aliquid ſit minus q̄ ſit paucū. licet de rōne pauci ſit q̄ ſit minus. q̄: oīs paucitas pluralitas quedam eſt. Sciendus vero eſt q̄ pluralitas ſiue multitudo abſoluta: q̄ opponit vni qō conuertit cū ente ē quaſi genus numeri: q̄: nūerus nihil aliud eſt q̄ pluralitas ⁊ multitudo mēſurabilis vno. Sic igit vnū ſcōz q̄ ſimpliciter dicitur ens īdiuiſibile cōuertitur cū ente. Scōm aūt qō accipit rōnē mēſure ſic determinatur ad aliquod genus q̄ſtitatis in qua ꝓprie inuenitur rō mēſure. Et ſimiliter pluralitas vel multitudo ſcōm qō ſignificat entia diuiſa nō determinatur ad aliqō gen⁹ Secundū autē qō ſignificat aliquā menſuram determinatur ad genus q̄ſtitatis. cuius ſpecies ē nūerus: Et ideo dicit q̄ numerus ē pluralitas mēſurata vno ⁊ q̄ pluralitas eſt quaſi genus numeri. Et non dicit q̄ ſit ſimpliciter genus: quia ſicut ens genus non eſt proprie loquendo. ita nec vnuz quod conuertitur cū ente nec pluralitas ei oppoſita. ſed ē quaſi genus. qa habetur aliquid de ratione generis inq̄ntum eſt communius. Sic igitur accipiendo vnum quod ē principium numeri. ⁊ etiam habet rōnem menſure ⁊ nūerum qui eſt ſpecies quātitatis ⁊ eſt multitudo mēſurata vno opponūtur vnum ⁊ multa nō vt contraria vt ſupra dictum eſt de vno quod cōuertit cum ente ⁊ de pluralitate ſibi oppoſita ſz opponūtur ſicut aliqua eorum qne ſunt ad aliqō quorum ſcilicet vnum dicitur relatiue: quia alteruz refertur ad ipſum. Sic igitur opponitur vnum ⁊ numerus inquātū vnum ē mēſura ⁊ numerus ē menſurabilis. Et q̄: talis eſt natura horum relatiuoz: q̄ vnū pōt eſſe ſine altero ſed non econuerſo: ideo hoc inuenitur i vno ⁊ numero. quia ſi ē numerus oportet q̄ ſit vnuz ſed non oportet q̄ vbicūqz ē vnuz q̄ ſit numerus: q̄: ſi ē aliqd indiuiſibile vt punctus ibi ē vnum ⁊ nō numerus. In alijs vero relatiuis quoz vtrunqz ſecundum ſe dicitur ad aliquid. neutrum ē ſine reliquo. Nō enim ē ſine ſeruo dominus. nec ſeruus ſine domino.

Deinde cum dicit.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶ Similiter aũt dicta scia ad scibile nõ simi lit assignat. Videbit enim vtiqz scia metruz esse. scibile vero quod mensurat. Accidit au tem scientiam quidem omnez scibile esse. sci bile vero non esse scientiam: quia modo quo dam scientia mensuratur scibili.

¶ Manifestat similitudinez relatiõis scibilis ad sciẽ tiam ⁊ vnius ad multa: dicẽs ꝙ cũ sciẽtia silr secũdũ rei veritatẽ dicatur ad scibile sicut numerus ad vnũ non similiter assignatur a quibuslã. quia videt quibusdam sicut pithagoricis sicut supra dictum est: ꝙ sciẽtia sit mẽsura ⁊ scibile mẽsuratum. Sed cõtrariũ apparet. Dictũ est. n. ꝙ si est vnum quod est mẽsura nõ est necesse numerũ esse qui est mensuratũ sed ecõuerso. Videmus aũt ꝙ si est sciẽtia oportet scibile eẽ. Non aũt oportet si est aliquid scibile ꝙ sit eius scientia. Unde apparet ꝙ magis scibile est: sicut mensura ⁊ scientia. sicut mensuratũ. Quodam enim mõ mensuratur scibili scientia sicut numerus vno. Ex hoc. n. vera scientia rei hẽtur ꝙ intellectus apphendit rẽ sicuti est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Pluralitas autem nec pauco est contraria: sed huic quidem multum sicut excedens multitudo excesse multitudini: neqz ipsi vni omnino: sed hoc quidem vt dictum est quia diuisibile. illud autem quia indiuisibile. hoc autem vt ad aliquid vt scientia scibili si fuerit numerus. vnum vero metrum.

¶ Ostẽdit ꝙ pluralitas vel multitudo absoluta non opponit pauco dicẽs. Dictũ est ꝙ pluralitas secũdũ ꝙ est mẽsurata opponit vni vt mẽsure: sed nõ est cõtraria pauco. Sed pauco qõ significat pluralitatem excessã opponit multum: qõ significat pluralitatem excedentẽ. Similiter etiã pluralitas nõ vno mõ opponit vni sed dupliciter. Uno mõ sicut supra dictuz est opponit ei vt diuisibile indiuisibile. Et hoc si accipiat cõiter vnũ quod cõuertit cum ente: ⁊ pluralitas ei correspõdẽs. Alio mõ opponit pluralitas vni vt ad aliqd. sic scia ad scibile. Et hoc dico si accipiatur pluralitas que est numerus ⁊ vnum qõ habet rõ nem mensure ⁊ est principium numeri.

Cõ. 22.

q Uoniã autem contrariorum contingit medium esse aliquid ⁊ quorũdã esse necesse ex contrariis esse.

¶ Lectio nona.

p Postquam pbs determinauit de cõtrarijs. hic determinat de medijs cõtrariorz. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit de quo ẽ intẽtio dicens: qz contrariorũ cõuenit aliqd eẽ mediũ vt. s. dictũ est. ⁊ q̃dã ꝓtrariorz mediũ habẽt: ostendẽdũ est ꝙ necesse ẽ media eẽ ex contrarijs. Nõ aũt hoc solũ ostẽdit. sed ẽt q̃dam alia q̃ ad huius ꝓbationẽ sunt necessaria.

Lec. 5.

¶ Omnia nanqz media in eodez sunt genere ⁊ quorum sunt media. media. n. hec dicimus in quecunqz permutari prius est necesse quod permutatur: vt ab ipate in vitem si transit per mediam rationez veniet prius ad medios sonos ⁊ in colorem si veniet ex albo in nigrũ prius veniet ad puniceum ⁊ ad plũbeum qz ad nigrum. Similiter aũt ⁊ in aliis. permutari vero ex: ex alio genere in aliud genus non est nisi secundum accidens vt ex colore in figuraz. necesse est ergo media ⁊ quorum sunt media in eodem genere esse.

¶ Prosequit suã itẽtionẽ. Et circa hoc tria facit. Primo ostẽdit ꝙ media sunt in eodẽ genere cũ ꝓtrarijs. Secũdo ostẽdit ꝙ media sũt iter cõtraria tantũ ibi. (At vero media ⁊c). Tertio vero oñdit ꝙ media cõponũtur ex ꝓtrarijs qõ est principalit intẽtũ ibi. (Si vero sunt in eodẽ genere). Dicit ergo pmo ꝙ oia media sunt in eodẽ genere cũ his quoz sunt media. Nõ sic ꝓbat: qz hec ẽ dña mediorz ꝙ media sunt: inter q̃ prius venit illud qõ mutat de vno extremorz qz in alterũ extremũ. Et hoc mãifestat per duo exẽpla. Primũ quidẽ in somis. Sunt enim quidã soni graues. ⁊ q dam acuti ⁊ qdã medij. Et secundũ hanc distinctionez sonoz distinguunt corde in musicis instrumẽtis. Ille. n. corde que reddũt graues sonos dicunt ipate q: principales. Ille vero q̃ reddunt acutos sonos dicunt vetere. Si igitur musicus paulatim a graubus ad acutos descendere velit qõ est trãsire per mediaz rationẽ: necesse est ꝙ prius veniat ad sonos mediocs. Secundo aũt manifestat in coloribus. Si enim aliquid mutatur ex albo in nigrum oportet ꝙ primũ veniat ad medios colores qz ad nigrum. Et silr est in alijs medijs. Sic igitur patet ꝙ de medijs fit transmutatio ad extrema ⁊ econuerso. Sed in his que sũt in diuersis generibus nõ fit transmutatio i immediate nisi q accidẽs: sicut patet in colore ⁊ figura. Nõ enim mutat aliqd de colore in figuram aut econuerso: sed de colore in colorem ⁊ de figura in figuraz. vnde necesse ẽ ꝙ media ⁊ extrema sint in eodem genere.

¶ Deinde cum dicit.

¶ At vero omnia media sunt oppositorz quorumdaz. ⁊ in his. n. solis secundũ ẽ ꝓmutari. quapropter impossibile est eẽ media nõ oppositorum. esset. n. permutatio ⁊ non ex oppositis.

¶ Ostẽdit ꝙ media sint iter contraria. Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit ꝙ media necesse ẽ esse iter oppositа. Secundo iter que oppositа: qz inter cõtraria ibi. (Oppositorz vero.) Dicit ergo primo: ꝙ oia media necesse est eẽ inter oppositа. Quod sic ꝓbat qz solũ ex oppositis per se loquẽdo fiũt mutationes: vt ꝓbatur in pio physicorz. ex nigro. n. aliquid fit albũ per se loquẽdo. Dulce aũt nõ fit ex nigro nisi p accidẽs ingẽtum dulce cõuenit eẽ albũ. sed media sunt inter illa ex quibus ẽ mutua transmutatio: sicut ꝙ diffinitionez mediorz supraposita pz. Impossibile est ergo ꝙ media sint nõ oppositorz. qz sequeret: ꝙ esset ꝓmutatio non ex oppositis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oppositorũ. n. cõtradictionis qdem medium nõ est. hec. n. est contradictio oppositõ eius cuicũ qz adest altera pars nõ bñtis mediũ nullũ. ceterorũ vero alia ad aliqd. alia vt priuatiua. alia cõtraria. Eorum vero que ad aliqd quecunqz nõ contraria non habẽt media: cã vero qz nõ in eodẽ genere sunt. qd. n. sciẽtie ⁊ scibilis mediuz. sed magni ⁊ pui.

¶ Mãifestat iter q̃ oppositа possint eẽ media dicens ꝙ iter oppositа in cõtradictiõe nullo mõ põt eẽ medium. Cõtradictio enim est oppõ cui altera ps ex necessitate adest cuicũqz subo: siue sit ens siue nõ ens. Ab quolibz. n. ente vel nõ ente necesse ẽ dicere ꝙ sedet: vel nõ sedet. Et sic pz ꝙ cõtradictio nullũ hz mediũ sed aliorum oppositorz alia sunt ad aliqd alia priua-

UVA. BHSC. IyR_086_1

tio ⁊ forma. alia vt cōtraria. Eorum autez: q̄ sūt ad aliqd quedā se habēt vt cōtraria que ex equo adinuicē referunt. ⁊ ista habēt mediū. Quedā vero non se habēt: vt contraria q̄ nō ex equo adinuicem referunt: sicut scia ⁊ scibile. ⁊ ista nō habēt mediū: cuius causa est: q: media ⁊ extrema sūt in eodē genere. hec autez nō sunt in eodē genere: cū vnuz secundū se referatur vt sciētia: nō aūt aliud vt scibile. Quomodo ergo scientie ⁊ scibilis pōt aliqd esse mediuz. Sed magni ⁊ pui potest esse aliquid mediuz. idest equale: vt supra dictū ē. Et similiter eox que referunt adinuicē vt cōtraria. Quomō aūt ea que opponunt priuatiue habeāt media vel nō habeāt. ⁊ quomodo hec oppō aliquo modo ptinet ad cōtrarietatez hic tacet. q: supra exponit.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Si vero sunt in eodem genere media vt ostensum est ⁊ media contrariorum: necesse ipsa componi ex his contrariis.

¶ Ostendit tertium qō principaliter intēdit. s. media sunt cōposita ex ꝓtrariis. Et circa hoc duo facit. ¶ Primo ꝓponit quod intendit dicens q̄ si media in eodez genere sint cū extremis sicut ostensū est. ⁊ si iterū media sint solū contrariorū: vt etiam ostensuz est. necesse est media cōponi ex his cōtrarijs inter q̄ sunt.

¶ Nam erit aut aliquid genus ipsoruz: aut nullum. ⁊ siquidez genus erit ita vt sit ꝓius aliquid contrariis dicere: priores contrarie erunt facientes cōtrarias species vt generis. ex genere enim ⁊ differentiis species. vt si album ⁊ nigrum contraria. est autem hic quidem disgregatiuus color ille vero congregatiuus color hec differentie congregatiuuz ⁊ disgregatiuum priores. quare hec contraria inuicem priora. At vero contrarie differentia magis sunt contraria.

¶ Probat ꝓpositū. Et circa hoc tria facit. ¶ Primo ostendit q̄ cōtrarie spēs habēt priora cōtraria ex quibus constituūtur: qō sic ꝓbat. Oportet enim q̄ contrariorū aut sit aliquod genus aut nullū. Si aūt nullū genus eēt contrariorū nō haberēt mediū. quia medium non est nisi eox que sunt vnius gñis: vt ex dictis pz. Sed si contrariorū: quorum ponit mediū sit aliquod genus: prius ipsis cōtrarijs. nec ē etiā q̄ sint differentie cōtrarie priores spēbus cōtrarijs: que faciāt ⁊ constituāt spēs cōtrarias ex ipso genere vno. Species. n. ex genere ⁊ differētijs ꝓstituunt. Et hoc manifestat per exēpluz. sicut si albū ⁊ nigrum sint cōtrarie species ⁊ habeant vnū gen⁹ quod est color: necesse est q̄ habeant aliquas differentias cōstitutiuas ita q̄ album sit color disgregatiuus visus. Nigrum vero color congregatiuus. Et sic hee dīe congregatiuū ⁊ disgregatiuum sunt priores albo ⁊ nigro vnde cuz vtrobiq̄ sit contrarietas manifestum ē q̄ contraria sunt seinuicem priora. cōtrarie enī differētie sunt pores cōtrarijs speciebus ⁊ sūt etiā magis cōtrarie quasunt cause cōtrarietatis ipsis speciebus. Cōsideranduz tamen q̄ disgregatiuū ⁊ cōgregatiuū visus nō sūt vere differētia cōstitutiue albi ⁊ nigri sed magis effectus eoruz. ¶ Ponūt tamē loco differentiaꝝ signa earum: sicut interduz per accidētia designant differentie ⁊ forme substātiales. Disgregatio. n. visus cōuenit ex vehemētia lucis: cuius plenitudo albedinē cōstituit. ⁊ congregatio visus conuenit ex causa ꝓria.

¶ Et reliqua ⁊ media ex genere erunt. ⁊ differentijs. vt qcunq̄ colores albi ⁊ nigri sūt medii oportet hos ex genere dici. Est autez genus color ⁊ ex differentijs quibusdā. hec vero non erunt ꝓpriis contraria Si autez si erit vnusquisq̄ vt alb⁹ ⁊ niger. altera igitur media. ergo priorū cōtrariorū he erūt.

¶ Ostēdit q̄ etiā medie species habēt priora media ex quibus constituunt dicens q̄ cū media sint species eiusdem generis. ⁊ omnes species ex genere ⁊ differentia constituantur: necesse est q̄ media ꝓstituātur ex genere ⁊ differentijs. Sic qui cūq̄ colores sūt medij inter album ⁊ nigruz: oportet hos diffiniri ex genere quod est color: ⁊ ex q̄busdam differentijs. Et he differētie ex q̄bus constituunt medij colores non possunt esse ¶mediate ꝓria ꝓria: scilicet differentie cōtrarie que cōstituebant ꝓtrarias species albi ⁊ nigri. Aliter oportet q̄ quilibet color medius eēt albus aut niger. Mā color congregatiuus est niger ⁊ disgregatiuus ē albus. oportet igitur q̄ differentie constitutiue mediorum colox sint altere a differentijs ꝓtrarijs que sunt constitutiue contrariorū specierum. Et quia sicut se habent species ad species. ita se habent differentie ad differentias: oportet q̄ sicut medij colores sunt species medie inter species contrarias. ita differentie constitutiue earum sunt medie inter differentias contrarias que dicuntur prima contraria.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Prime autem differentie congregatiuū ⁊ disgregatiuum. quare hec prima. Querēdum autem quecunq̄ contraria si in genere ex quo media ipsorum. Necesse enī que sūt in eodem genere ex incompositis genere cōponi: aut incomposita esse. contraria nanq̄ incomposita sunt ex inuicē. quare principia que aut sunt ītermedia: aut omnia aut nullū. ex cōtrarijs vo fit aliquid. quare erit trāsmutatio in hoc ꝓius q̄z in ipsa. Atriusq̄. n. ⁊ minus erit ⁊ magis. medium igit erit ⁊ hoc contrariorum. ⁊ alia igit omnia cōposita: q̄ sūt media. nā huius qdē magis: illius vo minus compositum ē equaliter ex illis quoruz dicit esse huius qdē magis. illius vo minus. Quoniam aūt nō sunt alia priora eiusdē generis contrariis. oīa vtiq̄ ex contrarijs media erunt. quare ⁊ inferiora oīa ⁊ contraria ⁊ media ex primis contrarijs erunt. Quod q dem igit media ⁊ in eodem genere omnia ⁊ intermedia contrariorum: ⁊ componunt ex contrarijs omnia palam. Lo.24.

¶ Ostendit q̄ medie differentie ex differentijs contrarijs cōponūt dicens q̄ dīe prime cōtrarie sūt disgregatiuū visus ⁊ cōgregatiuū. Usū iste differētie sūt illud primū ex quo componim⁹ omnes spēs generis. Sed si aliqua ꝓtraria nō eēnt in eodē genere: querēdum restaret ex quo eox media constituerent. Sed in his q̄ sunt in eodez genere nō est difficile hoc accipere. q: necesse est oīa que sunt in eodē genere: aut esse incōposita. i. simplicia: aut cōponi ex incōpositis: ideſt simplicibus que sūt in genere illo. Cōtraria enī sūt incōposita ex inuicem. q: nec albuz componit ex nigro: neq̄ nigrum ex albo: neq̄ cōgregatiuū ex disgregatiuo. neq̄ econuerso. Quare oportet q̄ contraria sint principia. q: simplica in quolibet gñe sūt prin-

UVA. BHSC. IyR_086_1

cipia. Sed de medijs oportet dicere q aut oia componãtur ex simplicibus: idest ex cõtrarijs: aut nullũ. quia eadẽ ratio videtur de omnibus. Sed nõ potest dici q nullum: quia aliquod est medium quod componitur ex cõtrarijs. ex quo contingit: q transmutatio primo peruenit ad media q̃s ad extrema. ¶Hoc ãt sic apparet: quia illud in quod primo puenit trãsmutatio est magis ⁊ minus respectu vtriusq; extremoꝝ. ¶Primus enim aliquid fit minus album ⁊ min⁹ nigrũ: q̃s totaliter album ⁊ totaliter nigrũ. ⁊ hoc ipsum qõ ẽ minus album q̃s albũ simpliciter. ⁊ minus nigruz q̃s nigrũ simplr. est etiã magis accedẽs ad album q̃s nigrũ simpliciter ⁊ magis accedẽs ad nigrum q̃s albũ simpliciter. Et sic pz q illud in quod primo venit transmutatio est magis ⁊ minus respectu vtriusq; extremi. Et propter hoc oportet q sit medium cõtrariorum. Et sic sequitur q omnia media sint composita ex contrarijs. Hã idez medium est qõ est magis ⁊ minus respectu vtriusq; extremorũ oportet esse compositum ex extremis simplicibus: respectu quoꝝ dicitur magis ⁊ minus. ⁊ quia non sunt aliqua extrema prioza contrarijs in eodem genere relinquitur q due differentie constitutiue mediorũ sint composite ex contrarijs differentijs. ⁊ ita media erunt ex cõtrarijs. Quod patet: q omnia iferioza. id est omnes species generis tam contraria q̃s media sunt ex primis contrarijs scilicet differentijs. Deinde cũ dicit. Qõ quidem ergo media ⁊c. Concludit epilogando: qõ supza de medijs dictum est. ⁊ est littera plana.

d Diuersũ autẽ specie ab aliquo diuersũ est. ⁊ oportet hoc ambob⁹ inesse: vt si animal diuersũ est specie: ambo animalia necesse ergo in eodem genere esse diuersa specie. tale. n. gñs voco quod ambo vnũ ⁊ idem dicuntur non secunduz accidẽs hẽns differentiã. siue vt materia ens siue aliter: non soluz enim oportet cõmune existere hoc ipsum animalia. puta ambo. sed ⁊ alterũ in talibus hoc ipsum animal: vt hoc qui qdẽ equum: illud vero hominem propter quod hoc commune diuersuz ab inuicem est specie. erit itaq; secunduz se hoc tale quidẽ animal. illud vero tale: vt hoc quidem equus illud vero homo necesse ergo differentiã hãc diuersitatem esse generis. Dico. n. generis differentiam diuersitatem que diuersum facit hoc ipsum.

¶Lectio decima.

q Dia pbs superius ostẽdit contrarietatem esse differentiã quandã. differentia ãt vel est secũdũ genus vel scõm speciez: intẽdit hic Aristo. ostẽdere quomõ contraria se habeãt ad hoc q dãnt genere ⁊ spẽ. Et diuidit ĩ ptes duas. In prima oñdit q differentia scõm spẽm pertinet ad cõtrarietatẽ. In secũda oñdit quomõ de quibusdã cõtrarijs aliter est ibi. (Dubitabit autẽ aliquis q̃re femina ⁊c.) Circa primũ tria facit. primo oñdit q differentia q̃ facit differre spẽ est secũdũ se ipsius gñis quasi ipsã naturã gñis in diuersas species dividens. Secũdo oñdit q hoc cõuenit cõtrarietati ibi. (Cõtrarietas igitur hec ⁊c.). 3° concludit quoddaz corolariuz ex dictis ibi. (Quare palam q: ad id qõ vocat genus ⁊c.) Dicit ergo primo q in oi diuersitate secundũ spẽm oportet duo accipere: scilicet vt hoc sit diuisuz ab aliquo: ⁊ vt sit aliqd diuersificatũ per hec duo. ⁊ hoc qõ est diuersificatũ per hec duo oportet vt esse ambobus: sicut aial est qõ est diuersificatũ in diuersas species. s. in hominẽ ⁊ equuz. ⁊ oportet q amboꝝ. s. hõ ⁊ equus sint aialia. Vñ patet q necesse ẽ ea que sunt diuersa specie adinuicem in eodẽ genere ee. Id enim vocatur genus: qõ est vnum ⁊ idem ambobus non secundũ accidens de vtroq; p̃dicatum: neq; secundum accidens diuersificatum in vtrunq; vnde oportet q habeat differentiã non scõm accidẽs siue genus ponat ens: quasi materia siue q̃liter cunq; aliter. hoc ãt ideo dicit. q: aliter diuersificat materia p formas. ⁊ aliter genus p differẽtias. Forma. n. non ẽ hoc ipsum: qõ ẽ materia: sed facit compositionẽ cũ ea. vnde materia nõ ẽ ipsuz compositũ sed aliqd ei⁹. Differẽtia vo additur gñi non q̃si pars parti: sed q̃si totum toti. vñ genus ẽ hoc ipsum quod ẽ spẽs ⁊ nõ solum aliqd eius. Si aũt esset pars non p̃dicaret de ea. Sz tamen q: totum põt denominari ab vna sola parte sua. puta si hõ denominetur hñs caput: vel habens manus cõuenit ipsum compositũ ex materia ⁊ forma denominari. Et qdem nomẽ quo aliqd totuz denominatur ab eo: quod ẽ materialẽ in ipso ẽ nomẽ gñis. Nomẽ autez quo denominatur a principio formali est nomẽ differentie. Sicut hõ nominat aial a natura sensibili. rationale vero a natura intellectiua. Sicut igit habẽs manuz cõprehendit toti. licet manus sit pars. ita genus ⁊ differentia conueniunt toti. licet sumantur a partibus. Si ergo cõsideretur in gñe ⁊ differentia id a quo vtrunq; sumatur hoc modo gen⁹ se habet ad differentias. sicut materia ad formas. Si ãt consideret secundũ q nominans totuz. sic aliter se habẽt. hoc tamẽ cõmune ẽ vtrobiq;: q sicut ipsa essentia materie diuidit p formos. ita ipsa natura gñis diuersificatur p differẽtias: Sed hoc vtrobiq; distat. q: materia est in vtroq; diuisorum: nõ tamen est vtrumq; eorum. Genus aũt vtrũq; eorum ẽ. q: mã nominat partem. genus aũt totum. Et ideo exponẽs quod dixerat genus esse: quo ambo spẽ ⁊ differentia dicũtur vnum ⁊ idem. subiungit q non solum oportet genus esse cõmune duobus differentibus secunduz speciez: sicut q vtrunq; sit animal: sicut aliquid indiuisũ est cõmune diuersis: vt eadem domus aut possessio: sed oportet hoc ipsum quod est animal esse alterum vtrũq;. ita q hoc animal sit equus ⁊ hoc animal sit homo ⁊ hoc dicit contra platonicos qui ponebãt cõmunia separata quasi ipsamet natura cõmunis non diuersificaretur si natura speciei esset aliquid aliud p̃ter naturam generis. Vnde contra hoc concludebat ex dictis q hoc ipsum quod est cõmune diuersificat secunduz spẽm. vnde oportet q cõmune vt animal ipsum secunduz se sit hoc tale secundũ vnam differẽtiaz. ⁊ illud tale secunduz aliam differentiaz. sicut q hoc sit equus: ⁊ illud homo. Et ita sequitur q si aial sit secunduz se hoc tale ⁊ hoc tale q differẽtia faciẽs differre specie sit quedã diuersitas generis. Et exponit diuersitatem generis que ipsam naturaz generis diuersificat. ¶Per hoc autem q hic philosophus dicit non solum excluditur opinio ¶Platonis ponentis cõmune vnum: ⁊ idem per se existere sed etiam excluditur opinio eorum qui dicunt q illud quod pertinet ad naturam generis nõ differt specie in speciebus diuersis. sicut q anima sensibilis non differt specie in homine ⁊ equo. ¶Deinde cum dicit.

¶Contrarietas igitur hec erit. palam autez ⁊ ex inductione. omnia enim diuiduntur oppositis.

¶Ostendit q differentia diuersificans scõm se gen⁹ modo predicto est contrarietas dicens: cum differẽtia secundũ spẽm sit secunduz se diuersificans genus manifestum est q hec differentia est cõtrarietas. Et

UVA. BHSC. IyR_086_1

hoc primo manifestat ex inductione. Videmus.n. q̄ omnia genera diuiduntur per opposita. Quod q̄dē necesse est. nam ea que nō sunt opposita possunt simul esse in eodem que autem huiusmodi sunt: nō possunt esse diuisa: cum nō ex necessitate sint in diuersis. vnde oportet q̄ solum oppositis aliquid cōmune diuidatur. Non aūt dīo gēris in diuersas species potest fieri per alia opposita. nam cōtradictorie opposita nō sunt in eodem genere: cū negatio nihil ponat. Et si mile est de priuatiue oppositis cum priuatio nō sit nisi negatio in subiecto aliquo. Relatiua etiam: vt supra habitum est nō sunt eiusdem generis nisi que secundum se adinuicem referunt que quodāmodo sūt cōtraria: vt supra dictum est. Et sic relinquitur q̄ sola ōria faciūt differre specie ea que sunt vnius gēris.

Lec.8.

¶Et q̄ contraria in eodē genere sunt: ostēsum est. nam contrarietas erat differentia perfecta. differentia vero q̄ species omnis alicuius aliqd quare hoc idem ⁊ genus in ambobus. quare ⁊ in eadem coelementatione omnia contraria cathegorie quecūq̄ specie differentia ⁊ non genere diuersaq̄ abinuicem maxime perfecta. n. differentia ⁊ simul inuicem non sit. ergo differentia cōtrarietas est. hec enim est diuersa esse specie in eodem genere entia contrarietatez habere entia idiuidua. Eadez vo specie quecunq̄ contrarietatem non habent indiuidua entia in diuisione enim ⁊ mediis fiunt ōtrarietates prius q̄ ad indiuidua ueniatur.

¶Scdo mānifestat idē per rōnem dicens: q̄ contraria sunt in eodē genere sicut ostensū est. Dictuz est. n. q̄ contrarietas est differentia perfecta. ⁊ iteruz dictū est q̄ differentia secunduz speciem est aliquid alicuius ideſt ab aliquo. ⁊ q̄ pter hoc idem genus oportet ee in ambobus differentibus specie. Et ex his duob⁹ segtur q̄ omnia cōtraria sint in eadem correlatiōe cathegorie: ideſt in eadem ordinatione p̄dicamentali. Ut hoc tantū intelligatur de contrarijs: que cūq̄ sūt differentia specie ⁊ non genere. quod qdem dicit p̄seruando se a corruptibili ⁊ incorruptibili. de quibus post dicetur: q̄ sūt diuersa genere ⁊ non solū contraria sunt in vno genere: sed sunt etiā diuersa adinuicē. Quod patet: quia ea que perfecte differunt sicut contraria non sunt inuicem simul. Unde cum ad differētiam secundum speciez requiratur idemptitas generis ⁊ diuersificatio generis per diuersas species. ⁊ cū vtrunq̄ in contrarietate reperiatur: sequitur q̄ differentia secundum speciem sit contrarietas. quod manifestum est quia hoc est aliqua esse diuersa differentia secundum speciem existentia in eodem genere habere contrarietatem differentiaruz: cum sint indiuidua ideſt non vlterius diuisa in species: sicut sunt species specialissime. Que quidem dicuntur indiuidua: inq̄tum vlterius non diuiduntur formaliter. Particularia vero dicuntur indiuidua inquantuz nec materialiter nec formaliter vlterius diuiduntur. Et sicut diuersa specie sunt que contrarietatem habent: ita eadem specie sunt que non habent contrarietatem: cuz sint indiuidua secundum formalem differentiam. Cōtrarietates enim fiunt in diuisione non soluz in supremis generibus: sed etiaz in mediis priusq̄ veniatur ad indiuidua ideſt ad vltimas species. Sic igit mānifestuz est. q̄ lz non in omni genere sit cotrarietas spēcierum in oīum tamē genere est contrarietas dīarum.

¶Deinde cum dicit.

¶Quare palam quia ad id quod vocat gēnus. nec idem neq̄ diuersuz specie nihil est eorum que conueniunt vt generis specieruz nam materia negatione ostendit. genus autē materia quod dicit gen⁹ nō vt heraclitorū. sed vt in natura. neq̄ ad ea que non eodem genere sed dīnt gēne ab illis: specie vo ab eis: que in eodem gēne cotrarietatē. n. necesse est differentiā esse ī differre specie hoc āt ineſt in eodem gēne existentibus solum.

¶Concludit quoddaz corrolarium ex dictis: scilicet q̄ nihil eorum que conueniūt in genere: sicut sūt species generis dicit idem specie. nec diuersum spē ad genus. q: id ad qō aliquid dicit specie idem hēt vnā ⁊ eandē differentiā. Illud autē ad qō aliqd dī diuersum specie habet oppositā differentiā. Si igitur aliq̄ specierum diceretur idē spē vel diuersū ad genus sequeret q̄ genus haberet in sui ratione aliquā differētiam: sed hoc falsū est. Quod sic patet. Materia enim ostenditur negatiōe. ideſt natura materie intelligitur per negationē oīum formaruz. Genus autē est quodāmodo mā sicut expositū est. Et loquimur nūc de genere quod inuenitur in naturis reruz nō de genere qō in hominibus dicitur sicut genus romanoruz vel eraclitoz. vnde patet q̄ etiam genus in sua ratione non habet differentiā aliquā. Et sic patet q̄ nulla species a suo genere differt spē. nec est cum eo idem specie. Et similiter nō differunt aliq̄ specie ab illis que non sunt in eodē genere p̄prie loquendo: sed differeunt genere ab eis. Specie vero differunt ab his q̄ sunt in eodē genere. q: contrarietas est differentia q̄ aliqua differūt specie: vt ostensuz est: non q: ipsa cōtrarietas differentiarū differat specie: licet ōria differant spē sed cōtrarietas est solum in his que sunt eiusdem generis. vnde relinquit q̄ differre specie nō sit p̄prie in his q̄ sunt alterius generis.

Dubitabit autem vtiq̄ aliquis quare femina a viro nō specie differt cō Lo.25.
trario masculino ⁊ femininо existente. differentia autem contrarietate neq̄ alal masculinū ⁊ femininū diuersum esse specie: q̄uis secundum se animalis hec sit differentia: ⁊ non vt albedo aut nigredo: sed inquantum animal masculinū ⁊ femininum est. Est autem dubitatio hec fere eadez. ⁊ quare hec quidem contrarietas facit specie diuerse. hec enim vt ambulatiuum ⁊ volatiuum. sed albedo ⁊ nigredo non.

¶Lectio vndecima.

Quia philosophus iaz ostendit: q̄ differentia secundū speciem est cōtrarietas. Hic ostendit in quibus cōtrarietas nō sit differentia secunduz spēm. Et dividitur in partes duas. In prima oñdit q̄ sunt cōtraria que nō faciūt differre scōm spēm: sed sunt in eadē spē. In scōa oñdit: que sūt ōria que faciūt genere differre nō soluz specie ibi. (Quoniā vero cōtraria diuersa ⁊c.) Circa primū duo facit. Primo mouet dubitationē. Scdo solvit ibi. (Aut q: hoc qdez dicit ⁊c.) Dicit ergo pmo q̄ dubitatio est q̄re femia nō differt spē a viro cū femininū ⁊ masculinū sint ōria ⁊ differētia scōz spēm causetur ex cōtrarietate: vt supra ostensuz est. Et itez cuz oñsum sit q̄ ipsa nā generis diuersificet in diuersas

Lec.6.

UVA. BHSC. IyR_086_1

species p differentias: que sunt p se dñie generis. q̃re aīal masculinū ⁊ aīal femininū nō sunt diuersa secundum spēm: cum masculinum femininuz sint per se differentie aīalis ⁊ nō per se habeāt p accidens ad animal sicut albedo ⁊ nigredo. sed masculinuz ⁊ femininuz predicentur de animali inquantuz est aīal: sicut par ⁊ impar de numero: in quoz diffinitiōe ponitur numerus sicut in diffinitione masculini ⁊ femini animal. Ex duplici ergo rōne questio dubitabilis reducitur tum q: cōtrarietas facit differre speCec.6. cie tum q: differentie diuidentes genus in diuersas species sunt per se differentie generis quorum vtrunq; supra ostensum est. Et q: hanc dubitationē in specialibus terminis monerat reducit eā ad generalioꝛem formam. ⁊ dicit p hec dubitatio fere est eadez: sicut si queratur quare quedaz contrarietas facit differre speciem: ⁊ quedam nō. sicut ambulantium ⁊ volatiuz. siue gressibile ⁊ volatile faciūt differe specie animalia: sed albedo ⁊ nigredo non.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut quia hec quidem sunt proprie passiones generis. illa vero minus. quoniā hec est quidem ratio: hec autem materia. Quecunq; quidem in ratione sunt contrarietates specie faciunt differentiaz. que vero in cōcepto cum materia non faciunt. quapropter hominis albedo nō facit nec nigredo. nec albi hominis est differentia secundū speciem ad nigruz hominem. nec si vnuz nomen imponatur: vt materia enim homo. Non facit autez differentiaz materia. non enim hominis species sunt homines: propter hoc quāuis diuerse carnes ⁊ ossa ex quibus hic ⁊ hic: sed simul totum diuersum qdem: specie vero nō diuersum. quia in ratione non est contrarietas: hoc autem vltimum ⁊ indiuiduū. Callias vero est ratio cum materia ⁊ albus itaq; homo: quia Callias albus: secundum vero accidens homo albus. nec ereus itaq; ciculus: nec ligneus nā triangulus ereus: ⁊ circulus ligneus: nō propter materiaz specie differunt: sed quia in ratione ineſt cōtrarietas. Utrum autem materia non facit diuersa specie ens aliqualiter: aut est vt facit. Propter quid enim equus hic ab hoc homine diuersus est spē: he quidem rationes ipsorum cuz materia aut quia est in ratione contrarietas etenim albi hominis ⁊ nigri equi diuersitas ē spē: sed nō inq̃tū hic alb⁹ ille niger: qm̃ si ambo albi essent: tm̃ essent specie diuersa.

¶ Solvit propositā questionē. Et circa hoc. d. facit. Primo soluit eā in generali: ad quod questionem reduxerat. Secundo adaptat generalem solutionez ad speciales terminos in quibus primo monerat qōnē. ibi. (Masculum vero ⁊ feminā.) Dicit ergo primo q̃ ideo contingit q̃ quedaz cōtrarietas facit differre specie ⁊ quedam non. q: quedam contraria sunt p̃prie passiones generis. ⁊ quedam sunt minus ꝓprie. Quia enim genus a materia sumitur. materia autez per se habet ordinez ad formā. ille proprie sunt differentie generis que sumuntur a diuersis formis perficientibus materiā. Sed q: forma speciei iteruz multiplicatur i diuersa secundū materiā signatā que ē subiecta idiuidualibus ꝓprietatibus cōtrarietas accidentiuz idiuidualiū minus proprie se habet ad genꝰ q̃ contrarietas differentiaꝝ formaliū. Et ideo subiungit: q̃ q: icompositio est materia ⁊ forma. hec quidē est ratio. idest forma que cōstituit speciez. hec autez est materia que est idiuiduationis principium: quecunq; contrarietates sunt i ratione. idest ex parte formefaciunt differre secundū speciem. Ille vero que sunt ex parte materie que sunt ꝓprie idiuidui quod ē accepcum materia non faciunt differre secundum speciem. Et propter hoc albedo ⁊ nigredo nō facit homines differre secundum speciez. Non enī homo albus ⁊ homo niger differunt specie. etiam si vtriq; imponatur aliquod nomen: vt si homo albus dicatur. a. ⁊ homo niger. b. Hoc autem addit quia homo albus non videtur esse aliquid vnum. Sed si ponerētur nomen: videtur esse aliquid vnum. Et similiter ē de homine nigro. Et ideo dicit q̃ hō albus ⁊ niger nō differunt spē: q: homo scilicet particularis cui cōueniunt album ⁊ nigruz est quasi materia. Nō enī dicit q̃ homo si albus: nisi q: hic homo ē albus. Et sic cum hō particularis conceptus sit cuz materia. ⁊ materia nō facit differentiā secundū speciem: segtur q̃ hic hō ⁊ ille hō non differant specie: q: plures homines non pp hoc sunt plures spēs hois q: sunt plures q: non sunt plures nisi pp diuersitatem materie. q:. s. sunt diuerse carnes ⁊ ossa ex qbus est hic ⁊ ille: sed simul totum: idest idiuiduuz congregatū ex materia ⁊ forma ē diuersuz: sed non est diuersuz secūduz speciē. q: nō est contrarietas ex parte forme. Sed hꝰ. s. hō est vltimuz idiuiduū secundū spēm q: non dividitur vlterius dione formali. vel hoc. s. pticulare est vltimū idiuiduuz. q: non dividit vlterius nec materiali: nec formali differentia. Sed q̃uis i diuersis idiuiduis non sit cōtrarietas ex parte forme. est tamē diuersitas idiuiduoꝝ pticulariū q: particulare aliqđ vt callias non solū est forma. sed ē forma cū materia idiuiduata. Et ita sicut diuersitas forme facit differētiam spērum ita diuersitas materie idiuidualis facit differentiaz idiuiduoꝝ. Albuz aūt non predicatur de hoīe nisi rōne idiuidui. Non. n. dicit homo albus nisi q: aliquis homo dicit albus vt callias. Et sic patet q̃ hō p accñs dr alb⁹ q: ñ iq̃tū hō: sz iq̃tū hic hō albus dicit. hic autem hō dicit ꝓpter materiaz. vnde pz q̃ albū ⁊ nigrū non ptinent ad differentiā formalem hois: sed soluz ad mālem. ⁊ ꝓpter hoc nō differunt spē hō albus ⁊ niger. sicut nec circulus ere⁹ ⁊ ligneus dīnt spē. ⁊ i his etiaz q̃ differūt spē non est differentiā spēi pp materiaz: sed pp formā. sicut triangulus ereus ⁊ circul⁹ ligneus nō differunt spē pp materiaz sed ꝓpter diuersitatez forme. vñ si queratur vtruz materia facit diuersa spē aliquo modo vł q̃ faciat q: hic equus ab hoc hoīe diuersus spē. ⁊ tamē mānifestum ē q̃ ratio vtriusq; ē cum mā idiuiduali ⁊ sic vł q̃ materia aliq̃liter faciat dñie spē. sed tñ manifestuz ē q̃ hoc nō ptingit pp diuersitatē materie. sz q: contrarietas est ex parte forme q: homo albus ⁊ equus niger differunt spē. sed hoc nō est ꝓpter album ⁊ nigrum quia si ambo eēnt albi adhuc specie different. Sic igit apparet: q̃ cōtrarietas que ē ex parte ipsius forme facit differre spē. non aūt illa q̃ est ex parte materie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Masculus vero ⁊ femina animalis proprie sunt passiones Sed nō secundum substantiam: verum tamē materia ⁊ corpore. propter quod idem sperma femina: aut masculus sit patiens passionem aliquam.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶Solutionem generalē positā adaptat ad termios speciales in qbus primo questionē monerat. s. ad masculū ⁊ femīnā dicens q̄ masculus ⁊ femina sunt p̄prie passiones animalis quia animal ponitur i diffinitione vtriusq̄ sed non cōueniūt animali secundū substantiā ⁊ formā sed ex parte materie ⁊ corpis. Quod p̄z ex hoc q̄ idē sperma potest fieri masculus ⁊ femina secundū q̄ diuersimode patitur aliquā passionez q̄: cū fuerit calor operās fortis fiet masculus cū autē erit debilis fiet femina. Hoc autē nō posset eē vel cōtingere si masculus ⁊ femina differrent specie. Non enim ex vno semine diuersa secundū speciem p̄ducuntur q̄: in semine vis est actua ⁊ omne agens naturale agit ad determinatā speciem q̄: agit sibi simile. Unde relinquit q̄ masculus ⁊ femina nō differāt secundū formā. nec sunt diuersa secundum speciem.

¶Quod qdē igit̄ est esse diuersū spē: ⁊ quare alia differunt specie: alia non: dictum est.

¶Epilogat q̄ diximus q̄ planum est in littera.

¶Deinde cum dicit.

Uoniā vo ꝫria diuersa spē corrupti
q bile aut icorruptibile ꝫria. priuatio
enī in potentia determīata necesse diuersū esse gñe corruptibile ⁊ incorruptibile.

Lec. duodecima.

co. 26. p Ostquā philosophus ostendit q̄ sunt cōtraria que nō faciūt differre spē: hinc ostendit que sunt cōtraria que ⁊ gñe differre faciūt. Et circa hoc tria facit. ¶Primo determinat veritatē. Scdo excludit quorūdā falsam opinionē ibi (Nunc ergo diximus diuina ex hijs ⁊c) Tertio infert quoddā corelariū ex dictis ibi (palam q̄ nō cōuenit ⁊c) ¶Primo ergo premittit duo ad ostendendū ꝓpositū. quorū primū est q̄ contraria sunt diuersa specie vt supra ostensus est. Secundū est q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile sunt cōtraria. Quod sic probat ex hoc q̄ in potentia opposita determinate potentie est quedā priuatio vt in. ix. habitum est. ¶Priuatio autē ē principiuz cōtrarietatis. Uñ sequit̄ q̄ ipotētia sit contrariū potentie. Corruptibile autē ⁊ incorruptibile opponunt̄ secundū potentiā ⁊ impotentiam sed diuersimode. Nam si accipiatur potentia cōmuniter secundū q̄ se habet ad posse agere vel pati quodcunq̄ sit corruptibile secundum potentiam dicetur incorruptibile secundum impotentiam. Si autem dicatur potentia secundum quod est posse aliquid deteri? sic econuerso incorruptibile dicetur secundum potentiam. corruptibile vero secundum impotentiam. Cum autem ex hijs videntur concludendum q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile differunt specie. concludit q̄ sunt diuersa genere. Et hoc ideo quia sicut forma ⁊ actus pertinent ad speciem ita materia ⁊ potentia pertinēt ad genus. Uñ sicut contrarietas que ē secundum formas ⁊ act⁹ facit differentiā secundū speciē ita contrarietas q̄ est secundū potentiā facit generis diuersitatē

Lec. p.

Lec. i.

¶Deinde cum dicit.

¶Nunc autem diximus de his vniuersalibus nominibus. At autez videbitur non necesse est esse quodcunq̄ incorruptibile ⁊ diuersa specie esse: quemadmodum neq̄ albū ⁊ nigrum idem enim contingit esse ⁊ simul: si fuerit vniuersalium: quēadmoduz homo erit vniq̄ ⁊ albus ⁊ niger: ⁊ singularium: erit. non simul albus idem ⁊ niger: equidem album contrarium nigro.

¶Excludit quorundam falsaz opinionē. Et circa hoc duo facit. ¶Primo proponit eā. scdo ꝓbat ibi (Sed cōtrariorū ⁊ q̄ ⁊c) Dicit ergo primo q̄ probatio premissa de corruptibili ⁊ incorruptibili ē accepta ex ratione horum vniuersaliū nominum secundū. s. q̄ vnū significat potentiā ⁊ aliud impotentiā. Sed sicut quibusdā videt nō necesse est q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile differant spē sicut non est hoc necesse in albo ⁊ nigro. Cōuenit. n. idē esse album ⁊ nigrum ꝫ diuersimode q: si illud quod dicitur album ⁊ nigrū sit aliqō vniuersale simul est albū ⁊ nigrum quantuz ad diuersos. Sicut simul verum est dicere q̄ homo ē albus ꝓpter Sortez niger ꝓpter ¶Platonē. Si vero fuerit aliquid singulariū nō erit simul albū ⁊ nigrum. Sed tamen pōt nunc eē album postea nigrū cum tamen albū ⁊ nigrum sint cōtraria. Et hoc modo dicūt quidam q̄ simul in eadem spē pūt esse quedam corruptibilia ⁊ quedam incorruptibilia. Et idem singulariter quandoq̄z corruptibile ⁊ quandoq̄ incorruptibile.

¶Deinde cum dicit.

¶Sed contrariorum hec quidem secundū accidens insunt quibusdaz: vt que nūc dicta sunt ⁊ alia multa: hoc autem impossibile quorum est ⁊ corruptibile ⁊ incorruptibile: nihil enim est corruptibile secundū accidens: naz accidens contingit existere ⁊ corruptibile ex necessitate existentium est qbus inest: aut erit idem ⁊ vnum corruptibile ⁊ incorruptibile si contingit non existere ipsuz corruptibile aut substantiam: igitur aut in substantia necesse est inesse corruptibile vnicuiq̄z corruptibilium: eadem vo ratio ⁊ de corruptibili: ex necessitate enim existentium ambo sunt inquātum igitur secundum primum: hoc quidem corruptibile: hoc aūt icorruptibile habet oppositionē: vnde necesse genere esse diuersa.

¶Excludit predictam opinionē dicēs q̄ contrariorum quedam sūt in his de qbus dicūtur ꝫm accidēs sicut album ⁊ nigrū homini de qbus nūc dictū est ⁊ alia multa sūt huiusmodi cōtraria in qbus locū habet qđ dictū est scilicet qđ possūt simul esse in eadem specie ⁊ successiue in eodem singulari. Sed q̄dam contraria sūt de qbus hoc est impossibile de quoz numero sunt corruptibile ⁊ incorruptibile. Non enim corruptibile ineſt secūdum accidēs alicui eorum de qbus predicatur: q: quod est secūdū accidēs contingit non esse. Corruptibile aūt ex necessitate ineſt hijs qbus inest. At si hoc nō sit vez: sequeret̄ q̄ vnū ⁊ idez sit quā doq̄z corruptibile ⁊ quādoq̄z icorruptibile: qđ est impossibile secūdum naturā. Licet per hoc non excludatur qn virtus divina possit aliqua corruptibilia secundum suam naturā incorruptibiliter conseruare. Sic igitur necesse est cū corruptibile non predicet̄ secundum accidens: q̄ aut significet substantiam eius de quo predicat: aut aliquid qđ est in substantia. Est. n. vnūquodq̄z corruptibile per materiam que est de substantia rei. Et similis ratio est de incorruptibili. quia vtrūq̄z ex necessitate inest. Sic igitur patz q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile opponūtur sicut secūdum se predicata que scilicet predicantur de aliquo inquantum huiusmodi secūdum q̄ tale. Et ex hoc sequitur ex necessitate q̄ corruptibile ⁊ icorruptibile sint gñe diuersa. Manifestū est. n. q̄ ꝫia que sūt in vno genere nō sunt de substantia illius generis. Non enim rationale ⁊ irrationale sunt de substantia animali. Sed animal est potentia vtrunq̄z. Quod cunq̄z autem genus accipiatur oportet q̄ corruptibile ⁊ icorruptibile sint

UVA. BHSC. IyR_086_1

de intellectu eius. Unde impossibile est q̄ cōmunicent in aliquo genere. Et hec rationabiliter accidit. Nam corruptibilium ⁊ incorruptibilium non potest esse materia vna. Genus autem physice loquendo a materia sumitur. Unde supra dictū est q̄ ea que non communicant in materia sunt genere diuersa. Logice autem loquendo nihil prohibet q̄ conueniant in genere inquātū conueniūt in vna cōi ratione vel substantie vel qualitatis vel alicuius huiusmodi. Lec. 9. ⁊.10.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam igitur q̄ non contingit esse spēs: tales quales dicunt quidam: erit enīz homo hic quidē corruptibilis: hic autē incorruptibilis. equidem specie eadem dicūtur esse species: ⁊ nō equiuoce: diuersa vō genere plus distant q̄z que specie.

¶ Infert quoddaz corelariuz ex dictis scilicet q̄ nō possunt esse species separate sicut platonici posuerūt. Ponunt enīz duos homines vnum sensibile qui est corruptibilis ⁊ vnum separatum qui est incorruptibilis quez dicūt speciez vel ideam hominis. Species aūt sine idee dicūtur esse eadez specie secundū platonicos cūz singularibus. Et nomen speciei nō equinoce predicatur de specie ⁊ de singulari. cum tamen in corruptibile ⁊ corruptibile etiaz genere differant. Et ea que sunt diuersa genere plus distant q̄z que differunt specie. Attendendū est aūt q̄ licet philosophus ostenderit q̄ q̄dam contraria non faciūt differre specie ⁊ quedam faciūt differre etiaz genere: tamen omnia contraria aliquo modo faciūt differre specie si fiat comparatio contrariox ad aliquod determinatuz genus: nam albū ⁊ nigrū licet non faciāt differre specie in genere animalis. faciūt tamen differre specie in gñe colorus ⁊ masculinū ⁊ femīnū faciūt differre spē in genere sexus ⁊ aīatū ⁊ inanimatū licet faciant differre genere quantū ad infimas species tamen quantum ad genus quod per se dividitur in animatū ⁊ inanimatū faciūt differre specie tantū. Nam oēs differentie generis sunt constitutiue speciex quarūdam: licet ille species possint genere esse diuersa. Corruptibile aūt ⁊ incorruptibile dividūt per se ens quia corruptibile est quod potest non esse. Incorruptibile autē quod non potest non esse. Unde cum ens non sit genus non mirum si corruptibile ⁊ incorruptibile non conueniant in aliquo vno genere.

¶ Quod quidem igitur sapientia circa principia scientia est: palam ex primis in quibusdam dubitatuz est ad dicta ab aliis de principiis.

¶ Diui Thome Aquinatis in vndecimū librū de tha. Aristo. Preclarissima Commentaria.

Lectio. prima.

¶ Quia particulares scientie quedam eox que perscrutatione indigent pretermittunt necesse fuit q̄z quādam scientiam esse vniuersalē ⁊ primam que perscrutetur ea de quibus particulares scientie non considerant. Huiusmodi aūt videntur esse tam cōmunia que sequūtur ens cōmune de quibus nulla scientia particularis considerat cū non magis ad vnam pertineant q̄z ad aliam: sed ad oēs cōmuniter q̄z ⁊ substātie separate que excedūt considerationē omniuz particulariū scientiax. Et ideo Aristo. huiusmodi scientiam nobis tradens postq̄z perscrutatus ē de cōibus accedit ad tradenduz specialiter de substātijs separatis ad quax cognitionem ordinant nō solum ea que in hac scientia tractata sunt: sed etiaz que in alijs scientijs tractantur. Et ideo ad manifestioreꝫ consideationem de substantijs separatis habendam primo sub quodam compendio recolligit ea que dicta sunt tam in hoc libro quā in libro phycoruz vtilia ad cognitionē substātiarum separatax. Secundo de ipsis substātijs separatis inquirit circa medietates sequentis libri ibi. (Sed quoniaz tres sunt substātie). Prima pars dividitur in duas. In prima recolligit ea que precedūt consideationem substantie. In secūda recolligit ea que ad consideationez substantie pertinent ibi. (In principio sequentis libri). (De substātia qdem theorica). Tria autem premiserat ante consideationem substātie primo monerat dubitationes in tertio libro quas in hoc primo recolligit. Secundo determinauerat ea quē ad consideationem huius scientie pertinent in quarto libro que ⁊ hic secūdo loco recolligit ibi. (Quoniam autē phy. scientia). Tertio determinat de ente imperfecto. s. de ente per accidēs ⁊ de motu ⁊ infinito de quibus partiz determinat in secundo huius partim in tertio physicox. Et de hijs in tertio loco hic recolligit ibi. (Quoniaz aūt simpliciter ens ⁊c). Prima pars dividitur in duas. primo monet dubitationem circa consideationez huius scientie. In secūda circa res de quibus in hac scīētia determinatur ibi. (Adhuc vnum oportet poni). Circa primum duo facit. Primo inquirit quomodo sit cōsideratio huius scientie circa principia ⁊ substantias Secundo circa que principia ⁊ circa quas substantias ibi. (Sz nec circa dicta a physicis). Circa primū duo facit. Primo dubitationes monet de consideratione huius scientie circa principia. Secundo de consideratione huius scientie circa substantias ibi. (Ad hoc vtrum omniū substantiarum). Circa primū tria facit. Primo supponit consideationē huius scientie esse circa principia. dicens q̄ manifestum est ex primo libro in quo disputauit contra ea que alij physici perunt de primis rerum principijs q̄ sapientia est scientia quedam circa principia. Ostensum est enim in prohemio istius libri quod sapientia considerat causas altissimas. ⁊ maxime vniuersales. ⁊ est nobilissima scientiarum. 1.

¶ Dubitabit autem vtiq̄z aliquis: vtrum vnam existimare esse oportet sapientiam scientiam aut multas: siquidem enīz vnaz: vna autem est semper contrariorum semper: principia autem non contraria: si autez non vna: quales oportet ponere bas.

¶ Secundo ibi monet questionem de consideratione huius scientie que sapientia dicitur circa principia rerum. dicens q̄ aliquis potest dubitare vtrum oporteat sapientiam que considerat principia esse vnaz scientiam aut multas. Et si dicatur q̄ est vna videt hoc esse in contrariuz quia plura de quibus consideratur in vna scientia sunt contraria eo q̄ vnum contrariorum est ratio aīd cognoscendum alterum. Propter hoc videntur sub vna arte cadere. Sed principia rerum cum sint plura non sunt contraria. Alioquin nō possent conuenire in vno principiato. Sapientia ergo que est de principijs non videtur esse vna scientia Si vō dicatur q̄ non est vna sed plures non est eas assignare. Est autem veritas q̄ sapientia est vna scientia que tamen considerat plura principia inquantum reducuntur ad vnum genus: quia in hac ratione cōtraria sub vna scīa cadūt inquantū sunt vni⁹ generis.

¶ Adhuc speculari demōstratiua principia vnius aut pluriuz: siquidez enīz vnius qui-

UVA. BHSC. IyR_086_1

dem magis huius quaz cuiusqz: si autez plu
rium quales oportet eas ponere.

¶Tertio ibi. ¶Mouet dubitationem de conderatio/
ne huius scientie circa principia demonstrationis. di
cens q̄ adhuc dubitabile est vtrum speculari princi/
pia demonstratiua vt oē totum est maius sua parte ⁊
similia sit vnius sciētie aut plurium. Et si dicatur q̄
vnius videtur difficile assignare quare magis sit isti/
us sciētie q̄ alicuius alterius cum oēs scientie com/
muniter eis vtantur. Si aūt detur q̄ sit plurium sciē/
tiarum videbitur difficile assignare plures scientias
tales. Est autem veritas q̄ vna scientia principaliter
considerat ista principia ad quā consideratio pertinet
cōmuniū qui sunt termini illoz principioz sicut ens
⁊ non ens totum ⁊ pars ⁊ alia hmōi ⁊ ab ea alie sci/
entie huiusmodi principia accipiunt.

¶Deinde cum dicit.

¶Adhuc vtrum omniuz substantiaruz: aut
non: siquidem enim non omnium qualium
difficile assignare: si autem omnium vna non
manifestuz quomodo contingit: pluriuz ean
dem scientiam esse.

¶Mouet dubitationes de consideratione huius sci
entie circa substātias. Et querit duo. ¶Primo vtrum
hec sciētia consideret de oībus substātijs. aut non. Et
si detur q̄ nō difficile est assignare de quibus substan
tijs cōsideret ⁊ de quibus non. Et si detur q̄ de omni
bus consideret cum sit vna remanet dubium q̄ eadē
scientia possit esse de pluribus cū vna sciētia sit vna. ⁊
Et veritas est q̄ hec scientia est de omnibus substan
tijs licet de quibusdam principalius. scilicet de sub/
stantijs separatis inquantum omnes conueniunt in
vno genere quod est ens per se.

¶Adhuc vtrum circa substantias soluz: aut
circa accidentia demonstratio est: circa sub/
stantias non est. si enim circa accidentia de/
monstratio est: circa substantias non est: si
autem altera que vtraqz. ⁊ vtrum sapientia
demonstratiua quidem sapientia que circa
accidentia: hec autem circa prima que sub/
stantiarum.

¶Secundo ibi. Querit vtrum demonstratio sit solū
circa substantias aut etiaz circa accidētia. Si enim de
monstratio ppie esset circa accidētia quia ad demō
strationem pertinet concludere per se accidentia de
substantijs non erit demonstratio circa substātia. Sz
si dicatur q̄ alia demonstratiua scientia est substantiā
rum ⁊ alia accidentium per se querenduz restat q̄ sit
vtraqz earum. Et si vtraqz earum sit digna nomine sa
piēne quia ex vna parte videtur q̄ illa que circa acci
dentia sit sapiētia: q̄ demonstratio proprie est accidenti/
um ⁊ demonstratiua scientia certissima est. Et sic vi/
detur q̄ sapientia sit determinatiua que est circa acci
dentia. Ex alia parte videtur q̄ sit circa substantias:
quia cum substantia sit prima in entibus scientia que
est circa substantias videtur esse prima. Est aūt veri/
tas q̄ sapientia substātias ⁊ accidentia consideratam
quantum conueniunt in ente quod est eius subiectuz
sed substantias principaliter sicut per se prima entia:
⁊ de hijs accidentia demonstrat.

¶Deinde cum dicit.

¶Sed non circa dictas in phyficis causas
quesitam scientiam ponendum: neqz enim
circa quod cuius gratia: tale enim bonum:
hoc autem in operabilibus existit ⁊ existen/
tibus in motu: ⁊ hoc primum mouet. Tale
enim finis primum fuit aut mouens non est
immobilis.

¶ Excludit predictum errorem descendēdo ad speciales opinantes. Et primo ad Eraclitum. Secundo ad Pythagorā ibi. (Simile autem). Ponebat autez Eraclitus duo: scilicet q̄ affirmatio ⁊ negatio sit simul vera. Ex quo sequebatur q̄ omnis propositio tam affirmatiua q̄z negatiua sit vera. Itē ponebat q̄ inter affirmationem ⁊ negationem sit aliquod medium. Et sic sequebatur q̄ contingeret neq̄z affirmationem neq̄z negationem esse veram. Et per consequens omnem propositionem esse falsam. Primo ergo inducit rationem contra primum. Secundo cōtra secundum ibi. (Adhuc autem). Dicit ergo q̄ de facili aliquis hoc modo disputando ad hominez coget ipsum Eraclitum qui fuit auctor huius positionis confiteri q̄ oppositepropositiones non verificantur de eodem. Videtur. n. banc opinionem accepisse q̄ verificentur de eodem ex hoc q̄ non intelligit seipsum quid diceret. Hoc autem modo cogeretur negare quod dicit quia si illud quod dictum est ab eo verum est: scilicet q̄ contingat idem secundū vnū ⁊ idem tempus esse ⁊ non esse: sequitur q̄ hoc ipsum non erit verum. Sicuti enim si diuisim accipiantur affirmatio ⁊ negatio ⁊ non magis vera est affirmatio q̄z negatio ita ⁊ si accipiantur affirmatio ⁊ negatio simul tanquā ex eis vna affirmatio fiat nō erit minus negatio vera huius totius compositi ex affirmatione ⁊ negatione quā ipsa tota affirmatio opposita. Manifestum est enim q̄ conuenit aliquam propositionem copulatam esse veram sicut aliquam simplicem propositionem. ⁊ conuenit accipere eius negationem. Sine autem illa copulatiua componatur ex duabus affirmatiuis sicut dicit socra. sedet ⁊ disputat sicut ex duabus negatiuis sicut cum dicitur verum socratem non esse lapidem neque asinum sine ex affirmatione ⁊ negatione vt cum dicitur verum est socratem sedere ⁊ non disputare: semper tamē copulatiua verificata sumitur i virtute vnī affirmatiue. Et ille q̄ dicit eam esse falsam assumit negationem quasi totius copulatiue. Qui ergo dicit simul esse verum hominem esse ⁊ non esse assumit hoc vt q̄dam affirmationez ⁊ hoc non esse verum est eius negatio. Si ergo affirmatio ⁊ negatio est simul vera: sequitur q̄ ß etiam negatio sit vera qua dicitur non esse verū. s. q̄ affirmatio ⁊ negatio sint simul vera. Oportet enim si aliqua negatio est simul vera cum affirmatione sibi opposita: q̄ omnis negatio sit simul vera cū affirmatione sibi opposita. Eadem eni est ratio in oībus.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem si nibil est vere affirmare hoc ipsum vtiq̄z falsum erit dicere nullā veram affirmationem existere. Si autez est aliquid solvetur vtiq̄z quod dicitur ab bis qui talia istant ⁊ penitus auferētibus disputare.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶ Inducit rationē contra hoc quod ponebat q̄ nulla affirmatio sit vera. Si enim nihil contingat verū affirmare qui autem dicit nullā affirmationem veram esse aliquid affirmat hoc scilicet q̄ verū sit nullā affirmationē esse verā: ergo hoc ipsum falsū erit. Et si aligd affirmatiue dictū verū sit remouebit opinio talium qui cōtra oīa instant. Et qui ista positiōe vtuntur aufferunt totaliter disputationē quia si nihil est verū non potest aliquid concedi ex quo disputatio possit procedere. Et si affirmatio ⁊ negatio sint simul vera non erit significare aligd per sermonē vt supra dictum est. Et sic cessabit disputatio.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Simile autem dictis est ⁊ quod dicitur a Pythagora. Etenim ille dixit omnium rerum esse mensuram hominem: nihil aliud dicens quam quod videtur vnicuiq̄ hoc ⁊ esse firmiter: hoc autem facto idem accidit ⁊ esse ⁊ non esse ⁊ bonum ⁊ malum esse: ⁊ alias secundum oppositas dictiones dicta preter multotiens bis quidem videri esse hoc bonum: bis autem contrarium. Mensuraz autem esse quod videtur vnicuiq̄.

¶ Descēdit ad opinionē Pithagor. ⁊ dicit q̄ id qō dictū est a Pithagor. simile est dictis ab Eraclito ⁊ ab alijs qui ponunt affirmationē ⁊ negationē simul esse verā. Dicit enim. Pithagor. q̄ hō est mensura
Lec. 2. omnium rerum. s. secundū sensuz ⁊ intellectum vt in ix. dictum est quasi esse rei sequat apprehensionez intellectus ⁊ sensus. Et sic qui dicit hominē esse mensuraz oīum: nihil aliud dicit q̄ hoc esse verum qō videtur vnicuiq̄ Quo posito sequit̄ q̄ idem sit ⁊ nō sit ⁊ q̄ idem simul sit bonum ⁊ nō bonum ⁊ malum. Et simile ē in alijs oppositis eo q̄ multotiēs videt hōib⁹ aliquibus aliquid esse bonū ⁊ alijs videtur contrarium ⁊ ipsum videri est mensura rerū secundū opinionem Pitha. vt. s. intantum sit verum rem esse inq̄tum videtur.

Soluetur autē vtiq̄ huiusmodi dubitatio cōsiderātib⁹ vnde venit principium existimationis huius.

¶ Lectio sexta.

Postquā pbs disputauit cōtra ponentes ꝓtradictoria si mī verificari de eodē. hic ostendit quomō hec ratio possit ab eoz mentibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit ꝓpositum. In secunda inducit quedā corelaria ex dictis ibi. (Quare manifestum). Prima pars diuiditur ī partes duas. In prima ostendit quomō predicta ratio in aliquib⁹ solui possit. In secunda ostēdit in quibus possit solui ⁊ in quibus non ibi. (Ad habentes igitur.) Circa primum tria facit. Primo proponit modum quo predicta ratio in aliquibus solui possit. dicens q̄ dubitatio predicta ex qua aliqui mouentur ad ponendum contradictoria simul verificari de eodem poterit solui si quis consideret vnde principiū sumpsit ꝟ positio.

¶ Videtur enim quibusdam qdem ⁊ physiologorum opinione: aliis autem ex non eadem de eisdem omne cognoscere: sed bis qdem delectabile hoc videri: bis autem contrarium.

¶ Secundo assignat duplex principiū predicte positiones. dicens q̄ quibusdā videtur q̄ principium dicte opinionis sit ex opinione naturaliuz philosophoruz qui posuerunt aliquid nō fieri ex non ente. Alijs autem videtur q̄ principiuz sumpserit ex hoc q̄ non omnes eadem iudicant de eisdem. Sed qbusdā videtur hoc esse delectabile ⁊ alijs contrariuz. Ex hoc enim sequitur q̄ opposita sint simul vera si quis credat q̄ omne quod videtur alicui sit verum.

¶ Nihil enim ex non ente fieri omne: aut ex ente fere omnium est commune dogma eorum qui de natura. Quoniam igitur non album fit ex albo perfecte existente ⁊ nequaquam ex non albo: nunc autem factum non album fiet vtiq̄ ex non ente nō albo quod fit non album. Quare ex non ente fiet vtiq̄ secundum illos si non existit non album idē ⁊ album. non difficile autem dissoluere dubitationem hanc. Dictum est enim in physicis quomodo ex non ente fiunt que fiunt: ⁊ quomodo ex ente.

¶ Tertio manifestat quomodo ex premissis duob⁹ principijs dicta opinio sequatur ⁊ quomodo soluat. ⁊ primo quomō sequat̄ ex opinione naturaliū physicoz. Secūdo quomō sequat̄ dicta opinio ex eo qō creditur quodcunq̄ videtur esse verum ibi. (Sed est similiter). Dicit ergo primo q̄ fere oīum eoruz qui de natura tractauerūt cōmune dogma est q̄ nihil fit ex nō ente sed omne quod fit fit ex ente. Manifestū est etiam q̄ aliquid fit non albū ex eo q̄ est perfecte album: nō aūt fit album ex nō albo. Ulterius etiam manifestum est q̄ nō album fit ex eo quod nō est nō album. Quod exinde patet q̄ id quod non est non album fit non albū sicut quod non est nigrum fit nigrū Sic igitur illud ex quo fit non album est album ⁊ nō est non album quod non potest intelligi tanq̄ penitus sit non ens non albuz quia sic videretur sequi q̄ aliquid fieret simpliciter ex non ente. Sicut si diceremus q̄ ignis fit ex non igne quomodo intelligebant q̄ illud quo fit ignis sit penitus non ignis. Sic enim videbatur eis q̄ sequeretur q̄ fieret aliquid ex nō ente. Et propter hoc ponebant q̄ in eo ex quo fit ignis Lec.
erat ignis latens: vt patet ex opiniōe Anaxa. que ponitur in primo phyco. Similiter credebant q̄ si aliquid fit non album ex eo q̄ non est non album q̄ nihilominus non album pexisteret in eo ex quo fit non album vt dictum est. Sequebatur etiam secundum eos q̄ illud ex quo fit non album esset albuz ⁊ non album simul nisi ponatur q̄ aliquid fiat ex non ente. Sed hanc dubitationem vt ait philosophus nō difficile est solvere. Exposituz enim est in primo phyco. quomodo aliquid fiat ex ente. ⁊ quomodo ex non ente. Dictum est enim q̄ aliquid fit ex non ente in actu ⁊ ente in actu per accidens. Sed ex materia que Lec.
in potentia est fit aliquid per se. Accidit enim factioni q̄ materia ex qua fit aliquid fuerit subiecta forme ⁊ priuationi. Et sic non oportet q̄ id ex quo aliquid fit simul sit ens ⁊ non ens in actu sed q̄ de se sit potentia ad ens ⁊ ad non ens. idest ad formam ⁊ priuationem.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ⁊ similiter attendere vtriscq̄ opinionibus ⁊ fantasiis ad ipsos dubitantiuz stultum. Palam enim q̄ alterum ipsorum necesse est mentiri. Palam autem hoc ex his que fiunt secundum sensum: nunquā enim videtur idem bis quidem dulce: bis autem contrarium non corruptis ⁊ priuatis alte-

UVA. BHSC. IyR_086_1

ris secundum organuz sensus ⁊ iudicatoruz dictoruz saporum: hoc autez existente tali alteros quidez existimanduz mensuraz esse: alteros autez non putanduz. Similiter autem hoc dico ⁊ in bono ⁊ in malo ⁊ pulchro ⁊ turpi. ⁊ in aliis talibus. Nihil enī differt hoc dicere quaz que apparent submittentibꝰ sub visu digituz ⁊ facientibus ex vno videri duo oportere esse propter apparere tanta. ⁊ iterum vnum. non mouentibus enim visum vnum apparet quid vnum.

¶ Remouet predictam opinionem secunduz qꝫ capitur ex alio pncipio quod est opinari omne quod videtur esse verum. Et pmo remouet hoc pncipium. ⁊ secundo causam eius ibi. (Totaliter autē). Dicit ergo pmo qꝫ sicut stultum ē propter predicta opinari qꝫ contradictoria simul verificentur de eodem. Similiter etiam ē stultum attendere. i. assentire pdictis vtriusqz opinionibus philosophoruz dubitantium contra seipsos. Manifestum ē enim qꝫ necesse ē alterum eorum mentiri. Et hoc palam ē ex his que apparent secundum sensum. Nunqꝫ enī idem videtur his quidem dulce alijs amarum nisi in alteris eorum sit aliqua corruptio aut prinatio secundum organum sensus ⁊ secundum virtutem que iudicat de saporibus. Huiusmodi autem corruptione in alteris eorum existente extimandum ē alteros eorum esse mensuram: ideſt accipiendum ē eorum iudicium quasi regulam ⁊ mensuram veritatis. Illoruz. s. in quibus non ē corruptio. Non autem hoc putandum ē ⁊ de alteris in quibus est corruptio. Et sicut hoc manifestum ē in cognitione sensus similiter dicendum ē tu bono ⁊ malo in pulchro ⁊ turpi ⁊ huiusmodi omnibus que per intellectum cognoscuntur. Si enim quibusdam videatur secundum intellectum hoc esse bonum alijs aūt malum standum ē eorum iudicio in qbus nō ē aliqua corruptio secundum intellectum nec ex prava consuetudine neqꝫ ex prava affectōe neqꝫ ex aliqua huiusmodi causa. Nam si qs dicat qꝫ nihil minus dignum est credere his qꝫ illis nihil hoc differt qꝫ si diceret qꝫ ea que apparent hominibus ponentibus sub visu digitum ideſt mouētibus oculū digito. ⁊ ex hoc facientibus qꝫ id quod ē vnum videātur duo qꝫ propter hoc oporteat esse duo: qz apparent tot. Et iterum oporteat eē vnum qz quādo aliquis non monet oculum apparet vnū id quod ē vnum. Manifestum ē enī qꝫ iudicandum ē de vnitate rerum secundum id quod visus iudicat nulla extranea passione existēte in eo. Nō aūt ꝫm quod iudicat ex pdicta passione. Sic autē iudicat vnū eē duo qz species vnius visibilis duobꝰ modis redditur organo visus: quando mouetur ⁊ secundum vtriusqz dispositionē peruenit ad organum sensus communis quasi essent duo visa.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Totaliter autez incōueniens ex videri presentia permutantia ⁊ nunquam permanentia in eisdem ex hoc de veritate iudicium facere. Oportet enim ex semper secundum eadem habentibus: ⁊ neque vnam permutationem facientibus verum venari. Talia autem sunt que secundum mundum: hec enim non quādoque quidem talia iterum autem alia videntur. Eadem autem semper ⁊ permutatione nulla participant.

¶ Excludit causam propter quaz ponebāt omne qđ videtur eē verum. Hic enī ponebant aliqui qz existimabant res omnes eē in continuo fluxu ⁊ qꝫ nulla natura esset in rebus fixa ⁊ determinata. Et sic sequebatur qꝫ rem esse talem non erat nisi videri. Contra ħ ergo ponit. v. rōnes: quarum pria talis ē. qꝫ totaliter inconueniens ē sumere iudiciuz de tota veritate ex hoc qꝫ ista sensibilia que sūt prope. s. vicina nobis permutantur ⁊ nunqꝫ permanent. Oportet autem magis venari verum ex his que semper se habēt eodem modo ⁊ non patiuntur aliquam permutationē quantum ad substantiam suam: licet appareat in eis motus secundum locum. Talia enim sunt que continent mundum. s. corpora celestia ad que comparata ħ corpora corruptibilia quasi nullius sunt quantitatis vt mathematici probant. Corpora autem celestia sunt semp eadē ⁊ nō videtur quādoqꝫ talia ⁊ alia vice alia: sꝫ nulla pmutatione participant. que. s. sint in eorum substātia.

¶ Adhuc autem si motus est ⁊ motum aliquid: mouetur autem omne ex aliquo ad aliquid. Oportet igitur quod mouetur esse. et adhuc in illo ex quo mouebit. Et non esse in ipso: ⁊ ad hoc moueri ⁊ fieri in hoc secundum contradictionem aut non verificari secundum ipsos.

¶ Secundam rationem ponit ibi. que talis. Si motus est in istis inferioribus oportet qꝫ id quod moueatur sit aliqd. Sed etiam oportet qꝫ id quod mouetur moneat ex aliquo. ⁊ etiam ad aliquid. Unde oportet id qđ mouetur adhuc eē in eo ex quo mouetur: ⁊ nōdum eē in eo ad qđ monet sed moueri ad ipsū ⁊ cōtinue fieri in ipso. Et sic aliqua affirmatio determinate ē vera ⁊ aliqua negatio. Sed nō oportebit qꝫ cōtradictio verificetur de eodem qz secundū hoc nihil moueretur. Si enī idē foret esse in termino ad quem ⁊ nō eē: nulla rō eēt quare moueret ad terminū ad quē aliquid quod nōdum est in illo quia iam esset ibi.

¶ Et si secundum quantum continue presentia fluunt ⁊ mouentur ⁊ quis hoc ponat equidem non verum existens propter quid secundum quale non manet. Videtur enim non minime que secundum contradictiones eiusdem predicari ⁊ existimare quantū non manere in corporibus pp ⁊ esse qđricubitū idem ⁊ non esse. Substantia autem secūduz quale hoc quidem determinate nature: quātum autem indeterminate.

¶ Tertiam rōnem ponit ibi. Ad cuius evidentiā sciendum ē qꝫ Eraclitus videns aliquid augeri longo tē poze: puta per vnum annum secundum aliquam determinatam quantitatem ⁊ modicam: existimauit qꝫ qualibet parte illius temporis aliquod augmentū fieret sed īsensibile propter paruitatem quantitatis que augetur. Et ex hoc īductus fuit ad credendum qꝫ omnes res etiam que videtur quiescentes etiam īsensibiliter moueretur continue sed post longuz tempus sensibiliter earum motus apparet. Est autem hoc falsuz qđ de augmento opinabatur. Non enī cōtinue fit augmentū ita qꝫ in qualibet temporis parte aliquid crescat sed disponitur ad augmētū corpꝰ qꝫ aliquod tempus: ⁊ tunc crescit vt Aristo. expressius manifestat in 8. phyc. Dicit ergo qꝫ si corpa presentia hic apud nos continue fluunt ⁊ mouentur secundum quantitatem ⁊ si hoc aliquis vellit concedere: licet non verum sit: nō ē ratio quare nō possit aliqd moueri secundum qꝫ

Lec. 12.

UVA. BHSC. IyR_086_1

titatem. Videtur enim q̄ non parum hec opinio que ponit contradictiones simul esse eiusdē: precedit hoc ex eo quod existimat q̄ quantum non remanet in corporibus ⁊ sic opinātur q̄ id sit ⁊ nō sit simul quātum cubitum: sed substātia rei determinatur. Secundum quale idest secundum aliquam formam. Quale autē est determinate nature in rebus: ⁊ si quātum sit inde terminatum propter motum: vt dictum est.

¶ Adhuc propter quid iubēte medico hūc cibum offerre offerunt. Quid enim magis panis est: aut nō est: quare nihil vtiq; aliquid habebit comedere aut nō comedere. Nunc autem vt verum dicentes circa ipsum ⁊ existente iusto cibo hoc offerunt hunc: quāuis non oportebat nō permanēte vlla natura firmiter in sensibilibus: sed semper omnibus mōtis ⁊ fluentibus.

¶ Quartam rōnem ponit ibi. que talis ē. In rebus nihil ē fixū neq; quātum ad eē neq; quātum ad nō eē ꝓpter quid deferunt hunc cibū q̄ medicus iuberet nō aliū. Secūdum. n. dictam opinionē quid magis est panis vel nō panis quasi diceret non magis predicatur de eo affirmatio q̄ negatio. Et sic nisi differt q̄ comedat. vel non comedat. Sed nos videmus q̄ ipsi offerunt hunc cibū quē medicus iubet quasi habētes verum inditum de ipso cibo ⁊ quasi hic cibus vere sit ille cibus de quo medicus iubet. Hoc aūt nō oz si nulla natura sit ꝑ certitudinē maneret in sensibilib⁹ sed omnia semp monerentur ⁊ fluerent.

¶ Adhuc si semper alteramur ⁊ nunquam permanemus idem quid mirabile si nūquaz eadem nobis videntur quemadmoduz laborantibus. Etenim his propter non similiter dispositionez secūduz habituz ⁊ quando sani erant nō similia videntur quē secunduz sensus: ipsa tamē nulla propter hoc permutatione participātia sensibilia: impressiones autem alias faciētia laborātibus ⁊ nō eadē. Eodem itaq; modo habere ⁊ dicta permutatione facta forte necessariuz est. Si autem non permutamur: sed si idez permanemus entes: erit vtiq; aliquid manēs.

¶ Quintam rationē ponit ibi. que talis est. Cum secundum opinionē predictam ponatur q̄ propter cōtinuam mutationē que est in rebus non sit aliqua veritas in rebus fixa si sit verum eē quod ē videri necesse est dicere q̄ nos homines qui de rebus alijs iudicamus aut sumus in motu aut nō. Si eniz semper alteramur ⁊ nunq̄ permanemus eodez modo nos habentes nō est mirabile si res non eodem modo vidētur se habere nobis sicut accidit ifirmis. Quia enī trās mutati sunt ⁊ nō in eadez dispositione se habent sicut quādo sani erant nō videntur eis sensibilia que percipiūt ꝑ sensū q̄lia videbant eis añ ifirmitatez. Nā eis qui hūt gustuz infectū ēt q̄ sūt dulcia videnē eis amara vel insipida. Et simile est in alijs sensibilibus. Nō tamen propter hec sensibilia sunt permutata: sed faciunt alias impressiones ifirmis propter hoc q̄ sensus eorū alio modo se habent. Si ergo nos hoīes qui de reb⁹ alijs iudicamus in cōtinua trāsmutatōe sumus diuersimode de rebus qbus iudicamus non ē hoc imputādum rebus sed nobis ipsis. Si autez nos non permutamur sed semper permanemus eodē modo nos habentes ergo in rebus erit aliquid permanens: ⁊ per consequēs aliqua veritas determinata de qua possumus precise diiudicare. Non enī solum iudicam⁹ de rebus alijs: sed etiam de natūra humana.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad habentes quidez igitur dubitatiōes dictas ex ratiōe nō facile dissoluere nō ponētibus aliquid: ⁊ horum nō ad hec ratiōem exquirentibus. Sic enim omnis ratio ⁊ ois demōstratio fit: nihil eniz ponētes interimūt totaliter disputare ⁊ totaliter ratiōem. Quare ad tales quidem nō est sermo. Ad dubitātes autem ex datis defectibus facile obuiare ⁊ dissoluere faciētia dubitatiōem in ipsis: palam autem ex dictis.

¶ Ostendit a quibus predicta opinio remouetur ⁊ a quibus nō. Et dicit q̄ si qui ꝑcidūt in ꝓdictas opiniones ꝓpter aliquā rationē ita q̄ ex pertinacia non cōcedant aliquid neq; inquirant rationē eorum que dicuntur sed pertinaciter inhereāt his que opinabantur nō facile est eis soluere huiusmodi opiniones. Omnis enī rō ⁊ demōstratio fit hoc mō. s. concedēdo ad ⁊ exquirēdo rationē alicuius dicti. Sed illi qui nihil concedunt interimunt disputationem ⁊ omnez argumentatiuam rōnem. Unde ad eos non potest haberi sētētia rōcinationis per quam a suo errore tollant. Sed si aliqui sunt qui dubitant ꝓpter aliquos defectus puta quia non bene aliqua intelligunt facile est obuiare tali errori soluendo ea que faciunt in eis dubitationem. Et hoc palam ex predictis in quibus solute sunt dubitationes que poterant ad predictam positionem inducere.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare manifestum ex his quod nō contingit oppositas dictiōes de eodem secūduz vnum tempus verificari neque cōtrarias ꝓpter dici secūdum priuatiōem omnem cōtrarietatem. Palam autem hec ad principium resoluētibus rationes cōtrariorum. Similiter autem neq; itermediorum nulluz possibile est predicari de vno ⁊ eodem: albo enim existēte subiecto: dicētes ipsum esse neq; album neq; nigrum mētiētur. Accidit enim album esse ipsum ⁊ nō esse: alterum enim complexorum verificabitur de ipso: hec autez est contradictio albi.

¶ Inducit tria correlaria ex dictis: quorum primum est q̄ manifestum ē ex predictis q̄ oppposite propositiones nō verificantur de eodē secundū vnum ⁊ idez tempus. Et per cōsequēs ex hoc patet q̄ neq; etiam contraria possunt simul verificari de eodez. Et hoc ꝓ quia omnis cōtrarietas dicitur secunduz priuationē. Semper enim alterū contrariorū est priuatio. Et hoc palam est si quis velit rationes horuz reducere ad primuz principiū. De ratione eniz nigri est priuatio albi. Cum igitur priuatio sit quedam negatio habens subiectum determinatū: manifestuz est q̄ si contraria de eodem verificarentur oporteret q̄ affirmatio ⁊ negatio simul verificarentur de eodem. Non solum autez duo contraria non possunt simul verificari de eodez sed etiam nulluz mediuz possibile est ꝓdicari de vno ⁊ eodem de quo predicatur alterum extremorum. Et his enim que dicta sunt in. x. manifestum est q̄ medium inter contraria est habens priuationē vtriusq; extremorum siue sit nominatū vno nomine siue pluri

UVA. BHSC. IyR_086_1

bus siue inominatum. Unde mediū inter albū ⁊ nigrum vtpote rubeū vel citrinū habet in sui ratiōe q̄ neq̄ sit albū neq̄ nigrū. Si quis igitur aliquo subiecto existente albo dicat ipz esse rubeū simul dicit ipm esse neq̄ albū neq̄ nigrū. Et ita mentitur. Sequitur enim q̄ id subiectum simul albuz sit ⁊ non sit. Quod si vez est de illo subo q̄ sit neq̄ album neq̄ nigrum: oportet q̄ verificetur de eodem altera pars copulatiue que contradictoria est eius quod est albuz eē. Et ita sequitur q̄ si mediū extremū verificatur de eodez q̄ contradictoria de eodem verificentur.

¶ Neq̄ enim itaq̄ secūdum Eraclituz cōtingit verum dicere neq̄ secūdum Anaxagoram. Si autez nō accidet cōtraria de eodem predicari. Cuz enim in omni dicat omnis esse partē. Nihil magis dicit esse dulce quā amarū aut reliquarū quarūcūq̄ cōtrarietatem. Siquidez in omni existit nō potētia soluz: sed actu ⁊ segregatuz.

¶ Secūdum correlariū ponit ibi. Concludit eniz q̄ si affirmatio ⁊ negatio non sit simul vera q̄ neq̄ opinio Eracliti est vera. neq̄ opinio Anaxa. Et quidem de opinione Eraclit patet ex dictis. Unde hoc manifestat de opinione Anaxa. dicens q̄ si non sit falsa opinio Anaxa. sequitur contraria predicari de eodez. Et per cōsequens contradictoria. Quod sic pz. Ponebat enim Anaxa. quodlibet fieri ex quolibet ⁊ omne quod fit ex aliquo fit vnde non cogebatur ponere aliquid fieri ex nihilo: ⁊ sic ponebat quodlibet esse in quolibet. Cum igitur poneret partem cuiuslibet esse in quolibet puta partem carnis esse in osse ⁊ partem albi in nigro: ⁊ econuerso: sequitur q̄ totum non magis erit dulce q̄z amarum. Et simile est de alijs cōtrarietatibus. Et hoc si pars cuiuslibet est in quolibet toto non solū in potentia sed in actu ⁊ separatim. Hoc autem addidit quia id quod fit ex aliquo oportet preexistere in eo potentia nō actu. Et sic contraria preexistunt in eodem in potentia non in actu. Et hoc non est esse separatim contraria in aliquo: quia eadem est potentia contrariorum. Sed Anaxa. nesciebat distinguere inter potentiam ⁊ actum.

¶ Similiter autez neq̄ omnes falsas neq̄ veras dictiōes possibile esse: ⁊ propter alia multa collectaruz vtiq̄ difficultatū propter hāc positiōem. ⁊ quia falsis quidez existētibus omnibus neque hoc ipsuz quis dicēs verum dicet. veras aut falsas dicēs esse omnēs nō mentietur.

¶ Tertium correlarium ponit ibi. Concludit eniz ex predictis falsam esse vtrāq̄z opinionem ⁊ illorum qui dixerunt omnes propositiones esse veras: ⁊ qui dixerunt falsas. Et hoc manifestum est propter multa difficilia ⁊ grauia consequentia ad has opiniones que collecte sunt: ⁊ hic ⁊ superius in secundo: ⁊ specialiter propter hoc quia scilicet omnes propositiones sūt false. Qui autem dicit. Omnis propositio est falsa q̄dam propositionem dicit. Unde non dicet verum. Et similiter si omnes propositiones sint vere ille qui dicit omnes esse falsas non mentietur: sed dicet verum. Propter quod destruit positio ponentis oīa eē vera.

o Omnis autem scientia querit aliqua principia ⁊ causas circa vnum quodque eorū que sub ipsa scibilium: puta medicatiua ⁊ exercitatiua: ⁊ reliq̄rum vnaqueque factiuarum ⁊ doctrinaliuz. Unaquequē enim haruz circumscribēs aliquod genus sibiipsi circa hoc negociatur tāquām existens ⁊ ens inquantum autem ens sed altera quedam hec preter has scientias est scientia.

¶ Lectio septima.

p Postquam pbus ostendit de quibus sit cōsideratio huius scientie: hic comparat istam scientiam ad alias. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit quid sit proprium particularium scientiaz. Secundo ostendit differentiam particularium scientiarum adinuicē ibi. (Quando autem est quadaz). Tertio comparat istam ad alias ibi. (Quoniam autem est quedam entis scientia). Circa primum duo facit secundum duo que dicit pertinere ad particulares sciētias. Dicit ergo primo q̄ omnis sciētia particularis querit aliqua principia ⁊ causas circa proprium scibile quod sub ipsa continetur. Dicit autem aliqua principia ⁊ causas quia non omnis scientia considerat omne genus cause. Et ponit exemplū de medicatiua que est circa sanitatem ⁊ de exercitatiua que est circa exercitia ordinata ad bonam valitudinem corporis ⁊ similiter de qualibet sciētia alia siue sit factiua idest practica siue doctrinalis idest theorica quia vnaqueq̄ harū scientiarum particularium circūscribit ⁊ accipit sibi aliqō determinatum genus entis circūscribens illud ⁊ dividens ab alijs entibus ⁊ de illo solo determinans. Negociatur. n. circa hoc genus entis. q. circa aliqō ens sed nō inquātū est ens. Sed hoc. s. cōsiderare de ente inquātū est ens pertinet ad quandam scientiam que est alia preter omnes scientias particulares.

¶ Dictarum autez scientiaruz vnaqueque sumens aliqualiter quod quid est in vnoquoque genere temptat ostendere reliqua debilius aut certius. Sumunt autem quod quid est hec quidem per sensum: hec autez supponentes: propter quod ⁊ palam ex tali inductione quod substātie. ⁊ eius quod quid est non est demōstratio.

¶ Secundo ponit aliud pertinens ad particulares sciētias: dicens q̄ vnaqueq̄z predictarū scientiaz particulariū supponit aliqualiter quod quid est in quocūque genere cōsideretur. Unde ⁊ in primo posteriorū dictum est q̄ de subiecto oportet suppōere ⁊ quia est ⁊ quid est. Et hoc supposito. s. quod quid est quo quelibet scientia vtitur tanq̄z medio ad demonstranduz aliqua sicut passiones ⁊ huiusmodi temptat demonstrare aut debilius. aut certius. quia in quibusdā sciētijs est certio: modus demonstrandi sicut in mathematicis. In quibusdaz autē debilio: sicut in naturalibus. Et quia dixerat quia alie sciētie aliqualiter supponūt qō quid est ideo subiūgit q̄ quedā scientie summunt quod quid est per sensum inquantū ex accidentibus sensibilibus deueniūt in cognitiōez essentie rei. Quedaz vero summūt quod quid est supponētes ab alijs scientijs sicut particulares ab vniuersalibus. Et sic manifestū est q̄ in sciētijs particularibus non est demonstratio de substātia rei nec de eo q̄ qd ē. Utrūque igitur hoz de quibus particulares sciētie non se intromittunt pertinet ad vniuersalem scientiam. i. cōsiderare de substantia ⁊ ente ⁊ gditate rei. Lect. 2.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem est quedaz de natura scientia palam quia ⁊ a practica altera ⁊ factiua erit. Factiue quidem enī in faciente ⁊ non

UVA. BHSC. IyR_086_1

in facto motus principium. Et hoc est: siue ars aliqua: siue aliqua potẽtia. Similiter autem ⁊ practice non in agibili: magis autez in agentibus motus. que autem physici circa habentia in se. motus principium est. quod quidem igitur neque actiuam neque factiuaz sed speculatiuaz necessariuz eẽ naturalẽ sciẽtiam palaz ex his. In vnuz eniz aliquod horum generuz necesse eandez ipsaz.

¶ Ostendit differentiam particulariuz scientiarũ ad alias. Et primo scientie naturalis ad scientias opatinas. Secũdo scientie mathematice ad naturalẽ ibi. (Quoniã autẽ quod quid ẽ). Dicit ergo primo ꝙ cũ sit quedã particularis scientia de natura oportet ꝙ sit altera. ⁊ a practica. idest actiua ⁊ factiua. Omnis eniz scientia operatiua vel est actiua vel factiua. Ad quaz differentiam cognoscendũ sumendũ est quod. s. i. ix. habitum est. s. ꝙ agere ⁊ facere differunt. Naz agere proprie dicitur secundum operationem que permanet in agente ⁊ non transit in materiam exteriorẽ sicut intelligere ⁊ sentire ⁊ huiusmodi. Facere aũt est secundum operationem transeuntem in materiaz exteriorẽ que permutatur sicut calefacere secare ⁊ alia. Est ergo sciẽtia actiua ex qua istruimur ad certe exercendum operationes que actiones dicuntur sicut est sciẽtia moralis. Factiua aũt sciẽtia est p q̃s recte aliqd facimus sicut ars fabilis ⁊ alia huiusmodi. Ab vtra que aũt haruz operatiuarũ scientiarum scientia particularis altera est quia factiue scientie non habẽt principiũ motus in facto sed in faciente. Et hoc principiuz est sicut ars que est principium sicut dirigens siue potentia aliqua que est principiũ sicut exequens. Et similiter scientie practice. i. actiue non habẽt principiũ motus in eo in quod agitur sed magis in agẽtibus. Sz illa que pertinent ad considerationem sciẽtie naturalis sunt habentia principium motus in ipsis cum natura sit principium motus in eo in quo est. Manifestum est igit̃ ꝙ sciẽtia naturalis nõ est actiua neq; factiua sed speculatiua. Necesse est enim ꝙ scientia naturalis cadat in vnũ aliquod horz genez. s. actiua vel factiua vel speculatiua. vnde si non sit actiua vel factiua: segtur ꝙ sit speculatiua.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniaz autem quod quid est necessarium vnicuique aliqualiter scientiarum scire ⁊ hoc vti principio oportet non latere qualiter diffiniendum naturali. ⁊ qualiter substantie ratio sumenda: vtrum vt symum aut magis vt concauum. Horuz enim symi ratio quidem cum materia dicitur ea que est rei. que autem concaui sine materia. Symitas enĩ in naso fit: propter quod ⁊ ratio ipsius cuz hoc dicta est. Symus enim est nasus concauus. Manifestum igitur quod ⁊ carnis ⁊ oculi ⁊ reliquarum partium cum materia semper rationem reddendum.

¶ Ostendit differentiam mathematice ad naturalẽ. Et dicit ꝙ cuz ita sit ꝙ necessariũ sit vnicuiq; sciẽtiaz cognoscere aliqualiter quod qd est ⁊ vti eo quasi principio ad demõstrãduz oportet ꝙ secunduz diuersum modum diffinitiõis diuersificẽtur scientie. ⁊ ita ad cognoscendum qualiter naturalis scia differat ab alijs oportet nõ latere quẽ modũ seruet naturalis in diffiniendo. ⁊ qualiter sit sumenda diffinitio in scientia naturali vtrũ. s. sicut diffinitẽ symũ: aut sicut diffinitẽ concauum. Diffinitio autem symi est cum materia sensibili. Sed diffinitio concaui est sine materia sensibili. Quia enĩ symitas non est nisi circa determinatã materiam sensibilem quia nõ est nisi in naso. ⁊ propter hoc ratio symi oportet ꝙ accipiatur cum materia sensibili. Hec est enĩ diffinitio symi. Symus est nasus cõcauus. Sed in diffinitione cõcaui siue curui nõ ponitur aliqua materia sensibilis. Sicut igit̃ in diffinitione symi ponit̃ materia sensibilis: ita oportet ꝙ in diffinitione carnis ⁊ oculi ⁊ aliarũ partium reddatur materia sensibilis. Et similiter est de alijs rebus naturalibus. Et ex hoc accipitur differentia inter mathematicam ⁊ sciẽtiam naturalem quia naturalis scientia est de hijs in quoz diffinitionibus ponit̃ materia sensibilis. Mathematica vo est de alijs in quaruz diffinitionibus non ponitur materia sensibilis. Licet habeant esse in materia sensibili.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem est quedaz scientia entis inquantum ens ⁊ separabile considerandum vtrum quidem naturali ponenduz esse hanc aut magis alteraz: naturalis quidez igitur circa habentia motus principium in ipsis est. Mathematica autez speculatiua quidez ⁊ circa manentia quedam hec: sed non separabilia circa separabile igitur ens ⁊ imobile ⁊ altera ab his sciẽtijs ambabus est aliqua: siquidem existit aliqualis substãtia talis. Dico aũt separabilis ⁊ imobilis quidẽ. quod quidem tentabimus ostendere. Et siquidez est aliqua talis natura in entibus: hoc vtiq; erit alicubi ⁊ ꝙ diuinũ: ⁊ hoc vtique erit primuz ⁊ principalissimuz principiũ. Palaz igitur ꝙ tria genera speculatiuaz scientiaruz sunt: naturalis: mathematica: theorica.

¶ Cõparat istam scientiã ad alias scias pticulares. ⁊ circa hoc tria facit. Primo cõparat istaz scias ad alias scientias particulares quantũ ad medium separationis. Secundo quantum ad nobilitatem ibi. (Optimum quidem genus ⁊c.). Tertio quantum ad vtilitatem ibi). Dubitabit autem). Dicit ergo primo ꝙ ẽ quedã sciẽtia de ente inquantum est separabile. Non enim solum pertinet ad hanc sciẽtiam determinare de ente in cõmuni quod est determinare inquantum est ens: sed etiam determinare de entibus separatis a materia secũduz esse. Unde considerandum est vtra ista sciẽtia ad quam pertinent ẽ duo sit eadem cuz scientia naturali aut altera ab ea. Et ꝙ sit altera manifestat quia scientia naturalis est circa ea que habent in seipsis principium motus. Et sic oportet ꝙ naturalia habeant determinatam materiam quia nihil movet nisi quod habet materiam. Sz mathematica speculatur circa imobilia: quia ea quoz ratio accipitur sine materia sensibili oportet ꝙ eodem modo eoz̃ ratio sit sine motu cum motus nõ sit nisi in sensibilibus. Sed ẽ de qbus cõsiderat mathematica nõ sunt separabilia a materia ⁊ motu sm eẽ: sed solum secundum rationem. Oportet igitur ꝙ circa illud ens quod est separatum a materia ⁊ motu secũdum esse ⁊ omnino immobile sit quedam scientia alia ⁊ a mathematica ⁊ a naturali. Et hoc dico si tamen sit aliqua talis substantia preter sensibilia que sit omnino immobilis. ⁊ ẽ dicit: qz nõduz est probatuz aliquã talem substantiam esse. Sed ad hoc ostẽdendũ intendit. Si autez est

UVA. BHSC. LyR_086_1

aliqua talis natura in entibus. s. que sit separabilis ⁊ immobilis oportet ꝙ talis natura sit alicubi. i. quod attribuatur alicui substantie. Et id quod habet istaz naturam erit quoddam diuinū ⁊ quoddam principalissimum omnium quia quāto aliquid est simplicius ⁊ formalius ⁊ in entibus tanto est nobilio⁹ ⁊ prius ⁊ magis causa aliorum. Et sic patet ꝙ hec scientia que cōsiderat huiusmodi entia separabilia debet vocari scientia diuina. ⁊ scientia de primis principijs. Et ex hijs vlterius concludit ꝙ tria sunt genera speculatiuarum scientiarum. s. naturalis que considerat ea mobilia que in sui diffinitione materiaz sensibilez recipiunt ⁊ mathematica que considerat immobilia que non recipiunt materiam sensibilem in sui diffinitione licet habeant esse in materia sensibili ⁊ theologia que est circa entia penitus separata.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Optimum quidem igitur speculatiuaruz genus: harum autem ipsarum vltima dicta. circa honorabilissimū enim est entium. Melior autez ⁊ deterior vnaqueque dicitur secūdum proprium scibile.

¶ Comparat istam ad alias secundum nobilitatez. ⁊ dicit ꝙ scie speculatiue sunt nobilissime inter omnes alias scientias quia in eis queritur scire propter seipsū. In scientijs autem operatiuis: queritur scire propter opus. Et in scientijs speculatiuis vltima. s. theologia cum sit circa nobiliora entia est nobilior. Tanto enim vnaquaque scientia nobilior est quanto eius scibile nobilius fuerit.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Dubitabit autem quis vtrum entis inquantum ens scientiam vniuersalem oporteat poni aut non. Mathematicarum quidem enim vnaqueque circa vnum aliquod genus determinatum est: que autez vniuersali communiter de omnibus. Si quis idem igitur naturales substantie prime entium sunt: ⁊ naturalis vtique prima scientiarum erit. Si autem est altera natura ⁊ substantia separabilis ⁊ immobilis: alteram necesse ⁊ scientiam ipsius esse ⁊ priorem naturali: ⁊ vniuersalez eo ꝙ priorem.

¶ Comparat istam scientiam ad alias quātuz ad vniuersalitatem ⁊ dicit. Dubitabile est vtrum istam scientiam que est circa entia sepabilia oporteat poni vniuersalem scientiam entis inquātum est ens: aut non. Et ostēdit ꝙ sic quasi per diuisionem. Manifestuz est enim ꝙ predicte scientie operatiue nō sunt vniuersales. ⁊ ideo eas pretermittit. Sed iter speculatiuas scientias. manifestum est ꝙ quelibet mathematicarum scientiarum est circa vnuz aliquod genus determinatum. Vniuersalis autem scientia cōmuniter de omnibus est. Unde nulla mathematicarum scientiaruz est communis omnium entium. Sed de naturali manifestum est: quia si naturales substantie que sunt substantie sensibiles ⁊ mobiles sunt prie inter entia oportet ꝙ naturalis scientia sit prima inter scientias quia secundum ordinem subiectorum est ordo scientiaruz vt iam dictum est. Si autem est alia natura: ⁊ substātia preter substantias naturales que sunt separabiles ⁊ mobiles: necesse est alteram scientiaz ipsius eē que sit prior naturali. Et ex eo ꝙ est pria oportet ꝙ sit vniuersalis. Eadem enim est scientia que est de primis entibus. ⁊ que est vniuersalis. Nam prima entia sūt principia aliorum.

q Quoniam autem simpliciter ens secundū plures dicit modos: quorū vnus est qui secunduz accidens dicitur considerandus primo de sic ente.

¶ Lectio octaua.

p Postquam recollegit ea que prędicta erant de cōsideratione huius scientie. hic icipit recolligere ea que dicta sunt tam in. 6. huius q̄ in libro physicorum de ente imperfecto. ⁊ primo de ente per accidens ꝙ non est: secundo de motu ibi. (Est autem). Circa primum duo facit. ¶ Primo ponit ea que dicta sunt de ente per accidens. Secūdo ea que dicta sunt de causa per accidens ibi. (Quod autem genere huius). Circa primum duo facit. ¶ Primo dicit de quo ē intentio: dicens ꝙ quia ens simpliciter. i. cōmuniter acceptū multis modis dicitur inter quos vnus modus est secūdum quod dicitur ens per accidēs: vtputa cū dicimus musicuz esse albuz: que qdez in. v. superius manifesta sunt prius q̄ dicatur de ente per se considerandū est de ente p accidēs vt huiusmodi ente remoto absolutior fiat sermo de ente per se. Lec. 5. Lec. 10.

¶ Quod quidem igitur nulla traditaruz scientiarum negociatur circa accidens palam. Neque enim edificatiua considerat quid accidet vtentibus domo puta si triste aut contrarie habitabunt. neq; testiua neq; coriatiua neq; coquinaria: quod autem secundum ipsam propriū. vnaqueq; harū cōsiderat scientiarum solū: hoc aūt est proprius finis.

¶ Secūdo prosequitur ꝙ proposuit. Et circa hoc duo facit. ¶ Primo ostendit ꝙ ad nullam scientiam pertinet cōsiderare de ente per accidens. Secundo remouet huiusmodi ens: ⁊ ens quod significat veritatem propositionis a consideratione huius scientie ibi. (Quod aūt vt vō). Circa pmū duo facit. ¶ Primo ostēdit ꝙ nostra scientia considerat de ente per accidēs. Secūdo ꝙ nec cōsiderare pōt ibi. (Quod aūt videlicet cōtingens). Circa pmū duo facit. ¶ Primo inducendo manifestat ꝙ nulla scientia cōsiderat de ente per accidens. dicens manifestum esse ꝙ nulla scientia tradita nobis negociatur circa accidēs. Non aūt accipit hic accidēs pro eo quod est in aliquo genere accidētis sicut albedo est quoddam accidens. Huiusmodi enī sunt multe scientie que circa huiusmodi accidentia sunt: q̄ huiusmodi accidentia ⁊ secundum se habent spēm quādam ⁊ causas determinatas in subiecto ⁊ accidentia dicuntur q̄ non per se sed in alio habent esse. Accipitur autē hic accidēs pro ente per accidēs sicut album esse musicum est per accidēs. Huiusmodi. n. neq; aliquam speciē habent in se neq; aliquam causaz determinatam. Et circa huiusmodi ens nō negociatur aliqua scia. Et hoc manifestat inducendo. Ars. n. edificatiua nō cōsiderat quid per accidēs eueniat habitātibus in domo quā facit vtrū accidat eis aliquod triste aut habitabūt ibi cōtrarie. i. prospere. Hoc enī accidit domui. Similiter ars textiua nō cōsiderat quid accidat vtentibus panno texto: neq; coriaria quid accidat vtētibus calceis neq; coquinaria de hijs que p accidens se habēt ad cibum: puta quis eo vtatur ad superfluitatem vel ad necessitatem tantuz. Sed vnaqueq; harum scientiarum cōsiderat id quod soluz est proprium sibi. ⁊ subiectum ⁊ per se accidētia ei⁹. Et in hoc est finis considerationis cuiuslibet scientie.

¶ Neq; inquantum musicum ⁊ grāmaticū neq; existentem musicuz: quia factus gram

UVA. BHSC. IyR_086_1

maticus. simul erunt ambo prius non ens. Quod autem non semper ens factuz ⁊ boc. quare simul musicus factus est ⁊ grammaticus: hoc autem nulla querit confesse existentium scientiarum nisi sophistica. Circa accidens enim hec sola negociatur: propter qđ Plato non male dixit: dicens circa non ens sophisticam versari.

¶ Secũdo assignat causam quare nulla scientia confiderat ea que per accidens sunt. Ratio enuz est quia quod per accidens est non est proprie ens: sed magis non ens: sicut non est per se ⁊ proprie vnũ. Maz vnũ ⁊ ens conuertuntur. Omnis autẽ scientia est de ente. Unde relinquitur ꝙ nulla sciẽtia sit de eo quod est p accidens. Dicit ergo ꝙ musicus est etiã grãmaticus: nõ quãtum est musicus. Et si contingat de aliquo qui sit musicus. ꝙ fiat grãmaticus nõ simul factus est ambo grãmaticus. scilicet ⁊ musicus cum prius non fuerit vtrũqz. Sed si aliquod ens est modo ⁊ non fuit sp ens: opz ꝙ sit factũ. Si igitur hoc ꝙ dico musicus est grãmaticus est quoddam ens cum nõ semper fuerit: sequitur ꝙ simul vtrũqz factum. s. musicum ⁊ albuz. quia cuiuslibet entis est aliqua generatio. Unde cum non simul facta sit: manifestum est ꝙ hoc tantum qđ est musicum grãmaticum nõ est aliquod vnũ ⁊ ens. Nec est instantia de hoc ꝙ in generatione substãtiarum preexistit: materia: qz est ingenita: qz forma non fit proprie sed cõpositum vt in. 7. probatũ est. Materia autẽ preexistit nõ quasi ens actu: sed potentia tantum. Hec autem musicus preexistit in actu. Cum igitur ille qui erat musicus fit grãmaticus est generatio grãmatici tantum: nõ autez totius: quod est musicum grãmaticum. Unde hoc totum non ẽ aliquid vnuz ⁊ ens. Et propter hoc nulla scientia que ẽ vere scientia ⁊ certitudinem habet cõsiderat de ente per accidens sed sola sophistica circa ipsum negociatur ⁊ ad decipiendum vtitur eo quod ẽ per accidens ac si p se esset. Unde fit fallatia accidentis que ẽ efficacissima ad decipiendum etiam sapientem: vt dicitur in libro elenchorum. Unde Plato philosophus non male dixit: dicens ꝙ versatur circa non ens: quia versatur circa ens per accidens.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod autem neqz contingẽs est esse accidentis scientiam: manifestum est tentantibus scire quid est accidens. Omne itaqz dicimus esse: hoc quidez semper ⁊ ex necessitate: necessitate autez nõ ſm violentiam dicta: sed secundũ ꝙ vtimur in his que secũdũ demonstrationes: hoc autez vt in plus: hoc autem neqz vt in plus neqz semper ⁊ ex necessitate: sed vt contingit: puta sub cane vtiqz fiet frigus. Sed hoc neqz vt semper ⁊ ex necessitate neqz vt in plus fit. Accidet tamẽ aliquando vtiqz. Est itaqz accidẽs quod fit qdem. non autem semper: neqz ex necessitate: neqz vt in plus. quid quidem igitur est accidens: dictum est. quia autem non est scientia talis: palam. Scientia quidem enim omnis semper entis: aut in plus: accidens autez in neutro horum est.

¶ Ostendit ꝙ etiam nõ possit esse consideratio alicuius scientie de ente per accidẽs. Et hoc dupliciter facit. Primo ex diffinitione de ente per accidẽs. dicẽs ꝙ manifestum erit ꝙ non cõuenit esse scientiam de ente per accidẽs: si consideremus quid sit ens per accidens. Ad quod considerandum vtitur quadaz diuisione trimẽbri: dicens quod eorum que dicuntur esse q̃dam sunt semper ⁊ ex necessitate nõ quidez secundũ quod necessitas pro violentia sumitur: sed secundum quod vtimur necessitate in demõstrationibus. puta dicentes necessarium esse quod triãgulus habet tres angulos equales duobus. Sicut enim necessariũ dicimus quod impossibile ẽ non esse. Quedam nõ sunt vt in pluribus sicut ꝙ homo nascatur cum. v. digitis in manibus. Hoc enim non semper est ex necessitate cũ contingat aliquem nasci cum. vi. digito. Sed ẽ vt in plib⁹. q̃dã vo nec sũt vt in plib⁹. neqz sp ex necessitate sed contingenter eueniunt sicuti si frigus fiat sub cane. i. in diebus canicularibus. Sed non semper ⁊ ex necessitate neqz in pluribus: sed tamẽ quandoqz accidit ⁊ huiusmodi ens. Quia autez raro accidit ⁊ nõ semper ⁊ ex necessitate neqz vt in pluribus vocatur ens per accidens. Que enim semper vel in pluribus contingunt vel ita se habent ꝙ vnum ẽ causa alterius vel ambo reducuntur in vnam causam que per se est causa vtriusqz ⁊ vtroqz modo contingat si quod causa indeficiẽter producit effectum suum erit quod dicitur ex necessitate. Si autẽ possũt deficere propter aliquod impedimentũ erit vt in pluribus. Si aũt ita sit ꝙ duorum vnũ non sit causa alterius neqz habeat vnaz causam per se cõmunem que cõtingat ea simul eorum coniunctio erit raro. Sicut in hoc ꝙ dico musicum bedificare. Nam bedificationis causa non ẽ a musica: sed ab arte bedificatiua que ẽ omnino alia a musica. Similiter ẽ in premisso exemplo. Nam ꝙ sit feruor caloris sub cane est a sole appropinquãte nobis. Qđ autem fit frigus ẽ ex aliqua alia causa: puta ex fumo aliquo modo coniuncto soli. Unde hoc ẽ per accidens ꝙ sole dies caniculares faciente frigus sit. Sic igitur manifestuz ẽ quod ens per accidens quia neqz quod ẽ in maiori parte neqz quod est semper. Omnis aũt scientia est de eo quod semper aut in plus quod probatum ẽ in primo posteriorum. Unde manifestũ est ꝙ sciẽtia non potest esse de eo quod ẽ per accidẽs.

¶ Quod autẽ ſm accidẽs entis nõ sũt cãe ⁊ pncipia talia qualia quidẽ ſz se entis: palaz. Erũt. n. oia ex necessitate. Si. n. hoc qdẽ est buiꝰ entis: hoc aũt buiꝰ: hoc aũt nõ: vt cõtingit: ſz ex necessitate erit: ⁊ cũ hec erit cã vsqz ad vltimũ dictũ cãtũ: hoc autẽ ſm accidens. qua ex necessitate oia erũt. ⁊ ꝙ vtrũqz cõtingit ⁊ accidere ⁊ fieri ⁊ nõ oino ex generatis auferẽ ⁊ si nõ existẽs: sed q̃ fit cã supponat: eadẽ accident. Cẽ. n. ex necessitate fiet. Si. n. cras ecclypsis fiet: si hoc fuerit: hoc aũt si alterũ aliqd ⁊ ꝭ si aliud. Et ꝭ itaqz mõ a finito tpe eo ꝙ a nũc vsqz etas ablato tpe venerit: ⁊ qñqz ad existẽs. q̃re fiqdẽ ꝭ ẽ oia ex necessitate q̃ post ꝭ fiẽt: vt oia ex necessitate fiant.

¶ Secundo ibi. Inducit ad idem manifestandum ꝙ ens per accidẽs nõ habet causas ⁊ principia talia q̃lia habet ens p se. ⁊ sic de eo nõ potest cẽ scia cuz omnis scientia sit ex principijs ⁊ causis. Quod quidẽ sic probat quia si ens per accidens habet p se causas omnia essent ex necessitate. Entia enim per se huius talem causam habent: qua posita de necessitate: segtur effectus. Et si aliqua causa sit ad quam non de necessitate segtur effectus: sed vt in pluribus hoc est propter

UVA. BHSC. IyR_086_1

impedimentū qō per accidens cōuenit. Et sic si ens p accidens tollat a rebus omnis cā per se de necessitate inducit suū effectū. Sic ergo ens per accidēs de necessitate habet causā per se: qua posita ex necessitate sequit effectus licet forte eā poni nō sit necessariū nihilominus tamen sequit q̄ oia ex necessitate eueniant. Quod sic patet. Sit enim aliqd preteritū vel p̄sens qō sit causa futuri effectus hoc quidē iam positū est. Sed posita cā vt tu dicis ex necessitate sequit effectus. Si igitur hoc p̄sens vel preteritū qō iam positū ē. est causa huius entis futuri ⁊ illud alterius non quocunq; mō sed ita q̄ in hoc ex necessitate sequetur effectus posita cā ex necessitate erit illud cuius causa iam posita ē ⁊ hoc vsq; ad vltimū causatū. Sed hoc ponebat esse per accidēs. Et sic qō ponebat per accidens erit ex necessitate. Ad̄ sequit q̄ omnia sint ex necessitate ⁊ q̄ a rebus auferat quod ad vtrunq; cōuenit ideſt qō ē causaliter fortuito accidere ideſt ens per accidēs. Et fieri ⁊ nō fieri ideſt possibile ēe ⁊ nō esse. Sed q: posset aliquis obuiare huic ratiōi dicendo q̄ cā futuroꝝ contingentiū non est iam posita vt p̄sens ⁊ preterita sed adhuc est contingens vt futura ⁊ pp hec effectus sunt ad hec contingentes cōmuniter. ¶Hanc rationē remouet ibi. Et si nō existens. Dicēs q̄ eadem inconuenientia accidēt si ponatur q̄ cā futuroꝝ cōtingentiū nō sit taz ens quasi p̄sens vel preterita sed q̄ in fieri ⁊ quasi futura. Sequit̄ enim q̄ oia ex necessitate accidant sicut ⁊ prius. Si enim cā illa futura sit oportet q̄ sit futura in aliquo tpe determinato. ⁊ determinate distincte a p̄senti nūc puta cras. Si ergo ecclypsis que est per se cā quorundā futuroꝝ accidentium sint futura cras ⁊ omne qō fit. sit ex aliqua cā oportet q̄ ipsa ecclypsis que ē futura cras fiat si hoc fuerit ideſt propter aliqd preexistēs ⁊ hoc iterum ꝓpter aliud ⁊ sic semper propter anticipationem vl ablationem causarum auferetur aliquid a tēpore quod est inter p̄sens nunc ⁊ ecclypsim futurā. Unde cum illud tempus sit finitum ⁊ omne finitum consumitur ablato quodam quandoq; erit deuenire ad aliquam causam nunc existentem. Quare si illa iā ponitur omnes futuri effectus cōsequuntur ex necessitate. Et ita oia ex necessitate euenient. Ergo cū hoc sit impossibile: manifestū est q̄ ea que sunt p̄ accidēs non habent causam determinatā qua posita ex necessitate consequunt̄. Ea autem oia que circa hoc dici possūt supra in sexto posita sūt. ¶Deinde cū dicit.

¶Quod autem vt vere ens ⁊ secundum accidens: hoc quidem est in complexione mētis ⁊ passio in hac. ¶Propter quod circa hec quidem ens: non queruntur principia. Circa autem q̄ extrabere ens ⁊ separabile: hoc autem non necessarium sed infinitum. Dico autem q̄ secundum accidens: talis autez inordinate ⁊ infinite cause.

¶Ostendit q̄ ens per accidēs ⁊ ens q̄ significat veritatem propositionis pretermittendū est in illa scientia: dicens q̄ est quoddā ens qō est vt vere ens ideſt quod significat veritatem propositionis que in compositione consistit ⁊ est ens per accidēs. Sed primū consistit in cōpositione intellectus ⁊ est quedam passio circa operationez anime. Unde huiusmodi entis non queruntur principia in scientia que cōsiderat de ente quod est extra animam ⁊ est separabile vt supra dictum est. Aliud autem scilicet ens per accidens nō est necessarium sed indeterminatum. Et ideo non habet cām ordinatam. Sed ei? sunt infinite cause ⁊ nō habentes ordinem adinuicem. Et ideo de tali ente non considerat ista scientia. ¶Deinde cum dicit.

¶Quod autē gratia huius ī his que a natura fiunt ⁊ a mēte est. Fortuna aūt est: quādo aliqd bonum fiunt secundū accidens. Sicut enim ⁊ ens est. hoc quidem secundū se: hoc autem secundum accidens: sic ⁊ causa. Fortuna autem causa secundum accidens in factis secundum electionem eoruz que gratia huius. ¶Propter quod circa eadem fortuna ⁊ mens: electio enim non sine mente.

¶Colligit hoc quod dictuz est de causa per accidēs scilicet de fortuna in secundo physico. Et dicit hec q̄ tuor circa fortunā. ¶Primo qd sit. Et ad hoc inuestigā duz pretermittit q̄ id quod est gratia huius ideſt aliquid esse propter finem inuenitur ⁊ in hijs que sunt secundum naturam. ⁊ in hijs que sunt ab intellectu. Et hoc manifestū est in scōo physicoꝝ. Et adiungit q̄ fortuna est in hijs que fiunt ꝓpter aliqd sed scōz accidēs. Sicut enim inuenit̄ ens p se ⁊ ens p accīs ita ⁊ cā p se ⁊ causa per accidēs. Sic igit̄ fortuna est causa p accidēs in hijs que fiunt gratia huius ideſt pter finem nō quidē a natura sed secundū electionē. sicut si aliquis eligat fodere in agro vt plantet arborē ⁊ inueniat thesaurū hoc dicimus esse p accidens: q: est preter intentiōes. ⁊ hoc est a fortuna. Secūdo ibi. ¶Propter qō circa eadē ⁊c. Ostēdit in qbus sit fortūa ⁊ dicit q̄ cū electio non sit nisi a mente vel intellectu oportet q̄ circa eadē sit fortuna ⁊ intellectus. Ad̄ in rebus carentibus rōne nō est fortuna sicut plante lapides ⁊ bruta animalia neq; etiam est in pueris qui carent vsu rationis. Lec.4. Lec.4.

¶Cause autē infinite: a qbus vtiq; fiet qō a fortuna: ꝓpp quod icerta būane cognitioni ⁊ cā secūdū accidens: simpliciter aūt nulli?.

¶Tertio ibi ostēdit q̄ fortuna est incerta: dicēs q̄ infinite sunt cause a qbus aliquid potest fieri a fortuna sicut patet in exemplo posito. ¶Potest enī aliquis inuenire thesaurū fodiens in terra vel ad plantandū vl ad faciendū sepulchrum. ⁊ ꝓpter infinita alia. Et quia omne infinitū est ignotum: ideo fortuna est icerta humane cognitioni. Et dicitur esse causa scōm accidens. Nullius aūt est causa simpliciter ⁊ p se.

¶Bona autem fortuna ⁊ mala: cum bonū aut malum euenerit. Enticia autem ⁊ īfortunium circa magnitudinem borum.

¶Quarto ibi ostendit qualiter fortuna dicitur bona vel mala. Et dicit q̄ dicit bona vel mala ex eo q̄ bonum ⁊ malū fortuito euenit. Sed si sit magnum bonum q̄ fortuito euenit dicitur eufortunium. Si sit magnum malum dicitur infortunium.

¶Quoniam autem secundum accidēs nullum prius his que secundum se: neq; igitur causa. Si igitur fortuna aut casus causa celi est: prius intellectus causa ⁊ natura.

¶Quinto ibi ostendit q̄ fortuna nō est prima causa rerum. Nullum enim per accidēs est prius his que sunt secundum se. Ad̄ neq; causa per accidēs est prior ea que sūt per se. Et sic si fortuna ⁊ casus que sunt cause p accidens sint cā celi: oportet q̄ per prius sint cause intellectus ⁊ natura que sunt cause per se.

St autem hoc quidem actu soluz: e hoc autem potentia: hoc autem potentia ⁊ actu: hoc quidem ens: hoc autem quantum: hoc autem reliquorum.

Lec.5.

Lec.6. in.6°.

UVA. BHSC. IyR_086_1

Non est autem aliquid motus preter res: p mutatur enim semper secundum entis. cathegorias. Commune autem in bis nullum est: q neq3 in vna cathegoria: vnumquodq3 autem dupliciter existit in omnibus: vt puta q hoc istud forma quidem ipsius: hoc autem priuatio. Et secundum quale hoc quidem album: hoc autem nigrum: ⁊ secundu3 quantum: hoc quidem perfectum. hoc autem imperfectum: ⁊ secundum lationez: hoc quidem sursum: hoc autez deorsum: hoc est autem leue hoc autem graue. Quare motus ⁊ permutationis tot species: quot entis.

¶ Lecto nona.

p Ostquam determinauit pbs de ente p accidẽs: hic determinat de motu. Et diuidit ī partes tres. In prima determinat de motu secundū se. In secunda de infinito qđ est q̃dam passio motus ⁊ alioz continuoz ibi. (Infinitū aũt). In tertia determiat de diuisione motus in suas spẽs ibi. (Pretermittat aũt). Prima diuidit in partes. d. In prima ostẽdit qd sit motus. In secũda osidit in quo sint ibi. (Et q est immobili). Circa primũ tria facit. Primo p̃mittit q̃dã q̃si necessaria ad diffiniendũ motũ. Secũdo distinguit ipsuz ibi. (Diuisio aũt ⁊c.). Tertio probat diffinitionez bene esse assignatã ibi. (Qđ aũt bene). Circa primuz ponit q̃ttuor ex quibus cõcludit quintum: quoz primũ est q ens diuidit per actũ ⁊ potentiaz. Et hoc est qđ dicit q entiuz quoddã est actu sicut p̃mum monẽs qđ deus est quoddã potentia tantuz vt materia prima quoddã potẽtia ⁊ actu sicut osa intermedia. Uel esse actu tantum dicit id qđ iam perfecte bẽt formã. puta qđ perfecte iam est albũ. Est aũt potentia tantũ quod nõdũ habet formã. puta quod nullo modo est album. Actu autem ⁊ potentia est qđ ⁊ si nondũ perfecte habet formã: est tamẽ in moueri ad formam. Secundũ est q ens diuidit per. x. predicamenta. Et hoc est qđ dicit q entium quoddã est per se. i. substantia quoddã est quantũ quoddam quale ⁊ sic de alijs generibus. Tertium est q motus non bẽt aliquam aliam naturam separatam a rebus alijs. sz vnaquaeq3 forma secunduz quod est in fieri est actus iperfectus qui dicit motus. Hoc enim ipsum est moueri ad albedinem qđ est albedinez incipere actu fieri in subiecto. Sed non debet esse in actu pfecto. Et hoc est qđ dicit q motus nõ est aliqd p̃ter res. Omne enim qđ mutatur: mutatur secundũ predicamenta entis. Et sicut non est aliquid cõmune. x. p̃dicamẽtis quod sit genus eoruz: ita non est aliquid genus cõmune oĩum motuz. Et propter hoc motus nõ est aliquod vnum predicamentuz distinctum ab alijs predicamentis: sed sequitur alia predicamenta. Quarti est q in vnoquoq3 genere inuenitur aliquid dupliciter scilicet secundũ perfectionẽ ⁊ iperfectionẽ sicut in genere substãtie vnũ est vt forma ⁊ aliud vt priuatio. Et in genere qualitatis hoc est qđ est perfectuz vt album qđ habet perfectum colorem ⁊ hoc est vt nigrũ quod est imperfectum in genere coloris. Et in quantitate vnum ẽ perfectũ quod dicitur magnũ ⁊ aliud imperfectum quod dicitur paruum. Et in vbi in quo ẽ locatio idest motus localis est sursum ⁊ deorsum ⁊ graue ⁊ leue secundũ quod graue dicitur quod actu subsidet ⁊ leue actu quod supereminet. Et horũ vnuz est vt perfectum ⁊ aliud vt imperfectuz. Et ratio huius est: quia omnia genera diuiduntur per cõtrarias differentias. Contrarioz autem semper alterum est vt perfectum alterum vt imperfectum. Ex his quatuor concludit quintũ scilicet q quot sunt species motus ⁊ permutationis tot sunt species entis. Quod quidem non dicit eo q in quolibet genere entis sit motus sed quia sicut ens diuiditur per actum ⁊ potentiã per substantiam ⁊ quantitatẽ ⁊ hmõi ⁊ secundũ perfectũ ⁊ imperfectuz ita ⁊ motus. Et hoc sequitur ex eo qđ dictum est q motus nõ est p̃ter res. Quomodo autem differant permutatio ⁊ motus infra dicetur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Diuisio autem secundum vnumquodq3 genus: hoc quidem potentia: hoc autem actu eius quod potentia inquantum tale actuz dico motum.

¶ Diffinit motum. Et primo ponit diffinitionem ipsam: dicens q cũ ens secunduz vnumquodq3 genus entis diuidatur per potentiam ⁊ actum motus dicit esse actus eius quod est in potentia inquantũ huius.

¶ Quod autem verum dicimus: hinc palã: cum enim bedificabile inquantum tale ipsũ dicimus esse actu in quantum bedificatur: ⁊ ẽ hec bedificatio. Similiter doctrinatio: ambulatio: curatio: saltatio: orbatio. Accidit autem moueri cum fuerit actu eodem: ⁊ neque prius neq3 posterius iam potentia entis: cũ actu ens operatur: non inquantum ipsum: sed inquantum mobile motus est.

¶ Secundo ibi. Exponit posita diffinitionez. Et circa hoc duo facit. Primo exponit id quod ponitur in diffinitione ex parte subiecti motus. Secundo id qđ ponit ī diffinitiõe. q. genus motus ibi. (Hoz quidẽ entiz ẽ). Circa primũ duo facit. Primo exponit hãc particulam eius quod est in potentia. Secundo hãc inquantum huiusmodi ibi. (Dico autez inquantuz). Dicit ergo primo q ex hoc manifestuz est verũ esse motũ esse hoc quidez dictum est. Manifestũ est enim q bedificabile significat aliqd existens in potẽtia. Et ista potentia significatur esse reducta in actuz p hoc quod dicitur bedificari. Et iste actus vocat bedificatio. Et similiter in omnibus alijs motibus vt in ambulatione ⁊ alteratione ⁊ huiusmodi. Dicitur autez aliquid moueri cũ huiusmodi fiant in actu ⁊ huiusmodi fiant in potentia ⁊ nõ prius nec posterius. Cũ ergo ita sit q motus est alicuius existentis in potẽtia cum sit reductum ad actum inquantũ est mobile nam mobile dicit aliquid per hoc q est in potẽtia ad moueri. ⁊ sic reducitur huiusmodi potentia in actuz quãdo monetur actu: non aũt habet reduci in actum per motũ id quod in potentia est inquantum ipsũ idest secundum id q actu est. ⁊ secundũ seipsum. Nam hoc etiam est actu anteq3 incipiat moueri. Neq3 autez reducit ad actum per motum secundum q est in potentia ad terminum motus: quia duz monetur adhuc remanet in potentia ad terminum motus sed solum p motum reducitur aliquid de potentia in actum de illa potentia que significatur cum dicitur aliquid esse mobile idest potens moueri. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Dico autem inquantum sic: est enim es potentia statua: sed tamen non eris actus inquantum es est: motus est: non enim idem esse potentia alicubi. Quoniam si idem erat simpliciter ⁊ secundum rationem: erit vtiq3 eris actus motus quidam: non autem idez:

UVA. BHSC. IyR_086_1

palam autem in contrarijs: posse quidē enīz sanari ⁊ posse laborare non idem. Etenim si sanari ⁊ laborare idem essent: subiectum autem ⁊ sanum ⁊ languens siue humiditas siue sanguis idem ⁊ vnum. Quoniam autem non est idem: quemadmodū neqz color idez ⁊ visibile possibilis inquantum possibile actus motus est.

¶Exponit hanc particulā positā in diffinitione motus scilicet inquantū huiusmodi vel inquantuz tale. Ad cui⁹ expositionē dicit ꝙ es ē in potētia ad statuā. Et sic idem est subiectū es ⁊ es in potentia ad statuā. Tamen nō est idem rōne. Sed alia est rō eris inquātum es ⁊ alia est ratio eris inquatū habet aliquā potentiaz. Et hoc est qđ dicit ꝙ nō est idez eri esse ⁊ alicui potentie. Si enī esset idem simpliciter secunduz rationē: tunc sicut motus est actus eris inq̄tum est es in potentia ita esset actus eris inquantū est es. Sed non est idem secundū rationez es ⁊ potentia eris. Et hoc manifestū est in potētia ⁊ contrarioz qz posse sanari ⁊ posse laborare. i. infirmari nō est idem secundū rationez. Ratio enīz potentie sumit ex actu. Unde si posse sanari ⁊ posse infirmari esset idez secundū rationē: sequeretur ꝙ idem esset infirmari ⁊ sanari qđ est impossibile. Sic igitur non est eadē potentia ad vtrunqz contrarioz secundū rationem potētie sed est eadē subiecto. Idem enim est subiectū quod potest esse sanuz ⁊ languens siue illud subiectū sit quicunqz humoruz in corpore animalis siue sāguis q est naturalior ⁊ magis proprius vite ⁊ animaliū nutrimēto possit esse cā sanitatis ⁊ egritudinis. Quia ergo posse sanari ⁊ posse infirmari non est idem secundū rationem: manifestum est ꝙ neutrum horz est idem secundū rationem cum suo subiecto: qz que vni ⁊ eidem per se sunt eadem sibi inuicem sunt eadem per se. Quia ergo non est idem secundū rationem es ⁊ es in potentia ad statuam sicut neqz color ⁊ visibile quod est potens videri. ideo necessarium fuit ꝙ in diffinitiōe motus dicta ꝙ est actus existentis in potentia adderetur inquantum huiusmodi. ¶Deinde cum dicit.

¶Quod quidem enim est hic ⁊ quod accidit tunc moueri quando fuerit actu sic: ⁊ nec prius nec posterius: palam contingit. n. vnū quodqz aliquando quidem actu esse: aliquādo autem non: puta bedificabile inquantuz bedificabile: ⁊ bedificabilis actus inquantū bedificabile bedificatio est. aut enim hec domus est: aut bedificatio actus. Sed cum domus fuerit, non adhuc bedificabile erit. bedificatur autem bedificabile. Necesse igit̄ bedificationem actum esse. bedificatio autem motus quidam. Eadem autem ratio ⁊ in aliis motibus.

¶Exponit id quod ponit in diffinitiōe motus tanq̄ genus: dicens manifestum esse ꝙ hoc scilicet motus qz dico mot⁹ tūc est qz tunc accidit moueri qū hic. i. actus existētis in potētia fuerit actu ⁊ neqz prius neqz posterius. Ad manifestum ē enīz ꝙ vnumquodqz mobiliuz cōuenit aliqñ esse actu aliqñ non sicut bedificabile inq̄tū bedificabile quādoqz ē in potentia ⁊ qñqz est in actu. Dicit aūt ꝙ bedificabile inquantū bedificabile est: quia materia domus est ad duo in potentia scilicet ad formam domus ⁊ ad hoc ꝙ bedificet. Et quod ad vtrunqz contingit esse. quādoqz est potentia quādoqz in actu. Sed potentia que est in materia dom⁹ ad hoc ꝙ bedificetur significet in hoc ꝙ dicitur bedificabile. Tunc ergo bedificabile inq̄tū bedificabile fit actu quando bedificatur. Et sic bedificatio est actus bedificabilis inq̄tū bedificabile. Qđ sic ꝓbat qz materia domus nō est in potentia nisi ad duos actus scilicet ad bedificationē dom⁹ ⁊ ad formā: bedificabile aūt significat quandā potentiā in materia domus existem. Oportet igitur cū omni potentie rideat aliquis actus ꝙ potētie significate per hoc ꝙ dico bedificabile respondeat alter duoz actuum. s. vī forma domus vel bedificatio. Sed nō est actus bedificabilis inquantuz bedificabile forma domus quia aduenīēte forma domus nō ē adhuc bedificabile sed est iam bedificatū. Sed bedificabile est actu quādo bedificatur actu Necesse est igit̄ ꝙ bedificare sit act⁹ bedificabilis. Bedificare autē est quidaz motus ⁊ sic motus est actus bedificabilis. Et eadem ratio est de omnibus alijs motibus. Unde manifestuz est ꝙ motus ē actus existētis in potētia. ¶Deinde cū dicit.

¶Quod autem bene dictum est palam ex quibus alii dicunt de ipso ⁊ ex eo ꝙ non facile est aliter ipsum diffinire: neque enim in alio poterit aliquis genere ponere ipsum. Palam autem ex quibus dicunt: hi quidez alteritatem ⁊ inequalitatem ⁊ non ens.

¶Probat diffinitionem positaz esse bene assignatā. Et primo ponit probationē i generali: dicens ꝙ manifestū est motum esse bene diffinitū ex hijs que alij dixerunt de motu diffinientes ipsuz. Et iterum ex eo ꝙ non potest de facili aliter diffiniri. Nō enīz potest poni i alio genere nisi in genere actus. Secundo ibi. (Palam aūt ex quibus). Ponit ea que alij dixerūt de motu: dicens ꝙ quidam dixerunt motū esse alteritatem. ⁊ quidā inequalitatem. ⁊ quidam non ens forte: ideo quia illud quod monetur recedit ab eo quod prius erat ⁊ dum monetur semper alio ⁊ alio modo se hēt ⁊ magis ⁊ minus appropinquat ad terminū.

¶Quorum nullum necesse moueri. Sed nec permutatio neqz in hoc: neqz ex his magis quam expositis.

¶Tertio ibi. Ostendit predictas diffinitiōes nō esse conuenientes. Neqz enim cōueniunt motui ex parte subiecti quod monetur. Si enim motus esset nō ens vel sequalitas vel alteritas: sequeret ꝙ omne nō ens vel alterum vel inequale moueretur. Sed nulluz horuz necesse est moueri. Nō est igitur motus quod dictum est. Idem etiam apparet ex parte terminorum motus qui sunt terminus a quo ⁊ terminus ad quez. Nō enim magis est motus ad non ens vel inequalitatem vel alteritatem quam ad opposita horuz neqz magis est motus ex his q̄z ex oppositis. Cōuenit enī moueri ex ñ ente ad ens ⁊ ecōuerso. ⁊ ō alteritate ad similitudinē ⁊ ab eq̄litate ad ineq̄litatē ⁊ ecōnerso.

¶Causa autem in hoc ponendi quia infinitum aliquid videtur esse motus alterius coelementationis aut principia: quia priuatiua sūt indeterminata: neqz enī hoc: neqz tale nulluz ipsorū: neqz reliquorū predicamentorū.

¶Quarto ibi. Ostēdit quare p̄dicto modo diffinierunt motum: dicens ꝙ ista est causa quare posuerūt motum in predicta quasi genera: qa motus videtur esse aliquid indeterminatuz. ⁊ illa sunt indeterminata que sunt priuatiua. Et ideo motū posuerunt quasi p̄uationem quandam. Et sciendum ꝙ sicut in primo huius dictum est. pythagorici posuerunt duos ordi- Lec. 5.

UVA. BHSC. IyR_086_1

nes in quorum vno quem dicebant ordinez agatoz bonoz posuerũt illa que videbantur pfectionem habere sicut lucem dextrum masculũ quietem ⁊ huiusmodi. In alio autem ordine quẽ sub malo constituebant posuerũt tenebras sinistrum femininum motum. ⁊ huius. Et omnia huiusmodi dicebant esse indeterminata ⁊ privativa: qz nullum istoz videbatur significare neqz hoc ideſt substãtiã: neqz tale ideſt qualitatem neqz aliqõ aliud predicamentorum.

¶ Cur autem videatur ideterminatus causa: quia nec in potentiã entium: neqz in actuz est ponere ipsum: neqz enim possibile quantum esse movetur ex necessitate: neqz quod actu quantum: motusqz actus quidem videtur aliquis: imperfectus autem. Causa autẽ quia imperfectum quod possibile: cuius est actus: ⁊ propter hoc difficile ipsum sumere quid est. Aut enim in privationem necesse est poni: aut in potentiam aut in actum simplicem: horum autem nullum videtur cõtingens. Quare relinquitur quod dictum est esse ⁊ actum: ⁊ non actum dictum videre quidem difficile: cõtingentem autem esse.

¶ Quinto ibi. Dicit causam quare motus inter inde terminata ponatur. Et dicit q causa huius est q: motus neqz poterat poni in genere potentie neqz in gñe actus. Si enĩ esset in genere potentie. sequereť q qc quid est in potentia ad aliquid: puta ad esse quantuz mouereť ad illam quantitatẽ. Sed hoc non est necesarium: qz etiam anteqz incipiat aliquid moueri ad quantitatẽ est in potentia ad quantitatem illã. Neqz etiã movetur quando iã actu est quantũ secunduz illam quantitatẽ ad quã erat in potentia sed tunc iã terminatus est motus. Sed oportet q motus sit actus q dam vt supra probatuz est. Sed est actus iperfectus. Et huius causa est: quia illud cuius ẽ actꝰ est ipfectũ. Et hoc est ens possibile sine ens potentia. Si enĩ eẽt actus pfectus tolleret totã potentiã que est i materia ad aliquid determinatũ. Unde actus perfecti nõ sunt actus existentis in potẽtia sed existentis in actu. ¶ Motus autem ita est existẽtis in potentia q non tollit ab eo potentia. Quãdiu enim est motus remanet potentia in mobili ad id qõ intendit per motũ sed soluz potentia q̃ erat ad moueri tollitur per motũ ⁊ tamẽ non totaliter qz id quod movetur adhuc in potẽtia est ad moueri: qz omne quod movetur movetur per diuisio nez motus cõtinui: vt probať in sexto physicorũ. Uñ relinquitur q motus est actus existentis in potẽtia ⁊ sic est actus iperfectus ⁊ imperfecti. Et propter hoc difficile est accipere quid sit motus. Uidetur enim q ant necesse sit ponere motum in genere priuationis sicut patet ex p̃miſſis diffinitionibus. aut in genere potentie. aut in genere actus simplicis ⁊ perfecti quoz nullũ conuenit esse motũ. Unde relinquitur q motꝰ sit id quod dictum est scilicet actus ⁊ q non dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile est videre ſz tamen contingens est esse: quia hoc posito nullum sequitur incõueniens. Quidam autem diffinierunt: dicentes q motus est exitus de potentia in actum non subito. Sed errauerunt qz necesse est q in diffinitione exitus ponatur motus cum sit species motus. Et similiter in diffinitione eius quod est subito ponitur tempus ⁊ in diffinitione temporis motus.

Lec. 9.

Lec. 5.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quod est motus i mobili palaz actus. Est enim huius a motiuo.

¶ Oñdit in quo sit motus. Et prio oñdit q in mobili qz omnis actus ẽ in eo cuius est actus. Sz motus est actus mobilis a movente causatus. Uñ relinquiť q sit i mobili. Et q sit actus mobilis ex supioribꝰ patet.

¶ Et motiui actus nõ alius est. Oportet quidem enim esse actum amborum.

¶ Secũdo ibi. Oñdit qualiter se hẽat motus ad movens. Et proponit duo scilicet q motus est actus motiui ⁊ q nõ est alius motus qui est actus motiui ⁊ q est mobilis. Oportet enĩ motũ esse actus amboz.

¶ Et motiuum quidem enĩ est in posse: movens autem in operari.

¶ Tertio ibi. ℙrimũ eorum duoruz probat scilicet q motus sit motiui actus. Illud enim actus est alicuius quo fit actu. Sed motiuum dicitur ex eo q est potens movere. ¶ Movens autem in operari ideſt in eo quod est esse actu. ⁊ ita cum movens dicatur propter motuz: motus erit actus motiui.

¶ Sed est actiuum mobilis Quare similiter vnus amborum actus.

¶ Quarto ibi. ℙrobat secundũ propositũ scilicet q vnus motus sit actus motiui ⁊ mobilis. Hoc mõ. Dictũ est enim q motus est actus motiui inquantuz facit motũ: est aũt mobilis iquantũ fit in eo motus ſz motiuũ facit illum motũ qui est i mobili ⁊ nõ alium. Et hoc est q dicit q movens est actiuũ mobilis. Uñ relinquiť q vnus motꝰ sit actꝰ ⁊ movẽtis ⁊ mobilis.

¶ Quemadmodum eadem distantia vnius ad duo: ⁊ duoruz ad vnuz: ⁊ ascendentis ⁊ descendentis: sed esse non vnum. Similiter autem ⁊ in movente ⁊ in moto.

¶ Quinto ibi. ¶ Manifestat hoc per exẽpla ⁊ dicit q vna est distãtia duoz ad vnuz ⁊ vnius ad duo. Sed differt rõne. ℙropter qõ diuersimode significať. s. q duplũz ⁊ dimidiũ. Similiter vna ẽ via ad ascendendũ ⁊ descendendũ sed differt rõne. Et pp hoc dicũtur hij ascendentes ⁊ illi descendentes. Et ita est de movẽte ⁊ moto. Mã vnus motus secundũ substãtiaz est actus vtriuſqz: sed differt ratiõe. Est enĩ actꝰ movẽtis vt a quo: mobilis aũt vt in quo. ⁊ nõ actus mobilis vt a quo: neqz movẽtis vt i quo: ⁊ iõ actus moventis dicť actio mobilis vel passio. Sed si actio ⁊ passio sũt idez secundũ substantiã: videť q nõ sint diuersa predicamẽta. Sed sciendũ q predicamẽta diuersificanť secundũ diuersos modos predicandi. Uñ idem secunduz q diuersimode de diuersis ꝑdicatur ad diuersa predicamẽta pertinet. Locus enĩ secundũ q ꝑdicať de locante ptinet ad genus q̃titatis: secũdum aũt q predicatur denominatiue de locato cõstituit predicamentũ vbi. Similiter motus secundũ q predicať de subiecto in quo est constituit predicamẽtum passionis: secundũ aũt q predicatur de eo a quo est constituit predicamentũ actionis.

¶ Infinitum autem aut quod impossibile pertransire: eo q non sit natum pertransiri: quemadmodum vox inuisibilis: aut pertransitionem habens imperfectam: aut quod vix: aut quod natuz est habere: ⁊ non habet pertransitionem aut terminum.

¶ Lectio decima.

¶ Postquã phs determinauit de motu. Hic determiat de infinito qõ ẽ passio motus ⁊ cuiuslibz q̃ti vniuersali. Et circa hec tria. s. ℙrio distiguit. quot modis.

UVA. BHSC. IyR_086_1

dicitur in infinitum. Secundo ostendit ꝙ non est ifinitum actum ibi. (Separabile quidez quantū). Tertio quomodo infinitum inuenitur in diuersis ibi. (Infinitum autem). Circa primū duo facit. ¶Primo ostendit quot modis dicitur ifinitū in actu. Secūdo quot modis dicitur infinitum in potentia ibi. (Adhuc aūt appositione). Circa primum considerandū est ꝙ omne finitum diuidendo pertransitur. Unde infinitum proprie est quod mensurando pertransiri nō potest. Tot ergo modis dicitur infinitum quot modis dicit intransibile. Utrumqz autem dicitur quattuor modis quorum primus est secundum quod infinituz siue intransibile dicitur quod non potest transiri mensurando eo ꝙ non est natū scōm suum genus pertransiri sicut dicimus punctum aut vnitatez aut aliquid quod non est quantum ⁊ mensurabile esse infinitum seu intransibile. ¶Per quem modum vox dicitur inuisibilis quia non est de genere visibilium. Secundo mō dicitur infinitum vel itransibile quod nonduz est pertransitum licet inceptum sit. ¶Hoc eniz est quod dicit habens transitionem imperfectā. Tertius modus est secundum ꝙ dicitur infinitum vel trāsibile quod vix transitur. Ut si dicamus profunditatem maris infinitum vel altitudinem celi vel aliquam viam longam immensurabilem seu intransibilem seu infinitū quia excedit vires mēsurantis licet in se sit trāsibilis. Quartus modus est secundum ꝙ dicitur infinituz illud qō natum est habere transitionem aut terminum secundum suum genus sed non habet. ¶Puta si sit linea aliqua interminata. Et hoc est vere ⁊ proprie infinituz.

¶Adhuc appōne: aut ablatiōe: aut ambo.

¶Secundo ibi. Ostendit quot modis dicit infinitū in potentia ⁊ dicit ꝙ dicitur infinitum vno modo de appositione sicut numerus. Semper enī cuilibet numero dato est apponere vnitatez. Et sic numerus est augmentabilis in infinitum. Alius modus secunduz ꝙ infinituz dicitur ablatione ⁊ diuisione secunduz ꝙ magnitudo dicitur diuisibilis in infinitum. Tertius modus cōtingit vtrunqz sicut tempus dicitur ifinitū ⁊ diuisione quia continuum est ⁊ appositione qz numerus est. Et similiter etiam in motu infinitum est.

¶Deinde cum dicit.

¶Separabile quidem itaqz ipsum aliquid ens: sensibile autem nō possibile esse. Si enī nec magnitudo est nec multitudo: substantia autem ipsum ifinitum ⁊ non accidens indiuisibile erit. Quod enim diuisibile aut magnitudo: aut multitudo. Si autem indiuisibile: non infinitum: nisi sicut vox inuisibilis: sz non sic dicunt: neqz nos querimus: sed tanquam impertransibile. Adhuc quomodo contingit per se esse infinitum: si non ⁊ numerus ⁊ magnitudo: quorum passio infinitū.

¶Ostendit ꝙ nō sit infinitū in actu. Circa qō sciendum est ꝙ platonici posuerūt infinitū separatū a sensibilibus ⁊ posuerunt ipsum esse principiū. Naturales autem phy. posuerunt infinitū in rebus sensibilibus nō ita ꝙ ipsum infinitū esset substantia secunduz ꝙ esset accidēs alicui corpori sensibili. ¶Dato ergo oī dit ꝙ nō ē ifinitū separatū. Scōo ꝙ nō ē ifinitū actu in sensibilibus ibi. (Quod aūt in sensibilibus). Circa primū ponit tres rōnes: quarū prima est ꝙ si ipsū infinituz est quedā substantia per se existens ⁊ nō accidens alicui subiecto: oportet ꝙ ipm infinitū sit absqz magnitudine ⁊ multitudine qz magnitudo ⁊ nūerus sunt subiectū infiniti. Si aūt est sine magnitudine ⁊ multitudine: oportet ꝙ sit indiuisibile qz omne diuisibile aut est magnitudo aut multitudo. Si autē est indiuisibile non ē infinitū nisi primo modo sicut vox dicitur inuisibilis quomodo nō inquirimus nos nunc nec ipsi sed de infinito intransibili: secundū quartum modū. Ergo de primo ad vltimum si infinitū sit substantia separata per se existens nō erit vere infinituz. Et sic ista positio destruit seipsam. Secundam rationem ponit ibi. Adhuc quandoqz cōuenit. Que talis est infinitum est passio numeri ⁊ magnitudinis. Sed numerus ⁊ magnitudo non sunt per se existentia separata vt in primo ostensum est ⁊ infra ostēdetur: ergo multominus infinitum separatum est.

¶Adhuc si secundum accidens: non vtiqz elementum entium iquantum ifinitum: quēadmodum neque inuisibile loquele quāuis vox inuisibilis. Et quod non est actu esse infinitum: palam erit enim quecunque ipsius infinita pars accepta: infinito enim esse ⁊ infinitum idem: si quidem substantia infinituz ⁊ non de subiecto. Quare aut diuisibile: aut in infinita diuisibile si partibile: multa autez esse idem impossibile infinita. Quemadmodum enim pars aer aeris: sic infinitum infiniti: si est substantia ⁊ principium. Impartibile igitur ⁊ indiuisibile sed impossibile actu esse infinitum. Quantum enim necesse esse: secundum accidens igitur existit. Sed sic dictum est ꝙ non contingit ipsum esse principium: sed illud cui accidit aerem aut parem: hec quidem igitur inquisitio vniuersalis.

¶Tertiam rationē ponit ibi. Que talis est: si ifinituz ponitur separatū a sensibilibus aut ponit vt substantia per se existens aut vt accidēs inherens alicui subiecto separato puta magnitudini aut nūero que sunt separata secundū platonicos. Si autē ponat esse accidens tunc ipsū infinitū non erit principiuz entium in quantū hoc est infinitū sed magis subiectuz infiniti sicut principiū locutiōis nō dicitur inuisibile. sed vox cuius vox sit sic inuisibilis Si autem infinitū sit substantia ⁊ non predicet de aliquo subiecto: etiā manifestū est ꝙ non potest esse actu infinitū. Aut enī est diuisibile aut indiuisibile. Si aūt est diuisibile ⁊ infinitū hoc ipsum qō est infinitū est substātia: oportet ꝙ quelibet pars eius accepta sit infinita qz idem est ifinito esse ⁊ ifinitū: si infinitū est substantia idest si infinitū est substantia infinitū precedat propriā rationem eius ꝙ est ifinitum. Usi sicut quelibet pars aque est aqua ⁊ quelibet pars aeris est aer: ita quelibet pars ifiniti est infinita si ifinitū est substantia diuisibilis. Quare oportet dicere ꝙ aut sit indiuisibile ifinitum aut sit diuisibile in multa infinita. Sed hoc est impossibile ꝙ multa ifinita cōstituant vnum ifinitū quia ifinitum nō est maius ifinito: omne autem totuz maius ex sua parte. ¶Relinquitur igitur ꝙ ifinitum sit idiuisibile. Sed impossibile est ꝙ id qō est idiuisibile sit actu ifinitum qz ifinitum oportet esse quantū. ¶Relinquitur igitur ꝙ nō sit substantia secūdum accidēs. Sed si est accidēs nō est principium ipsum ifinitum sed illud cui accidit vt dictum est sine sit aer. vt quidam naturales posuerūt sive sit par vt posuerūt pythagorici. ¶Relinquitur igitur ꝙ ifinitum nō possit eē substantia simul ⁊ principium entium. Et vltimo concludit ꝙ hec inquisito est vniuersalis ⁊ excedens naturalium cōsiderationez.

¶Deinde cum dicit.

¶Quod autem in sensibilibus non est binc

UVA. BHSC. IyR_086_1

palam. Si enim corporis ratio superficieb⁹ determinat: non erit vtiqz infinitum corp⁹: neque sensibile: neqz intellectuale.

¶Probat qꝫ infinitū actu nō sit in sensibilibus. Et primo probat hoc per rationes probabiles. Secūdo per rationes naturales ibi. (Naturaliter autē). Dicit ergo primo qꝫ manifestum est qꝫ infinitum actu non est in sensibilibus. Et ostendit duo. Dicit ergo primo qꝫ in sensibilibus non est corpus infinitum. De ratione enim corporis est qꝫ sit superficie determinatuz. Sz nullus corpus determinatuz superficie est infinitum: ergo nullum corpus est infinituz neqz sensibile idest naturale neqz intellectuale idest mathematicum.

¶Neqz numerus vt separatus ⁊ ifinitus: numerabile enī numerus aut habēs nūerū.

¶Secundo ibi. Dicit qꝫ in sensibilibus non est nūerus ifinitus hoc modo. Omnis numerus ⁊ omne habens numeruz est numerale. Sed nullum numerale est infinitum quia numerale est pertransibile nūerando ergo nullus numerus est infinitus. ¶Hę autez rationes non sunt naturales quia non sumunt ex prīcipijs corporis naturalis sed ex quibusdā principijs communibus ⁊ probabilibus non ex necessarijs qa qui poneret corpus infinitum non poneret ipsum terminari superficie. ¶Hoc enim est de ratione corporis finiti. Et qui poneret multitudinem infinitorum non poneret eam numeruz: quia numerus est multitudo mensurata per vnum vt in decimo habituz est. Nullum autem mensuratum infinitum est.

¶Deinde cum dicit.

¶Naturaliter autem ex his palam: nec enī compositum possibile esse: nec simplex: compositum quidem enim non erit corpus: si finita sunt numero elementa multitudine.

Oportet enim equari contraria: ⁊ etiam nō esse vnum ipsorum infinitum: si enim cuicunqz deficit alterius corporis virtus corrumpetur ab infiniro finitum. Unūquodqz autem impossibile infinitum esse. Corpus enim est quod omnino habet distensionem: infinitum autem infinite distat. Quare infinitum corpus omnino erit infinitum. Neque vnum aut simplex contingit infinitum esse corpus: neqz vt dicunt quidam preter elemēta ex quo generant hoc. Non enī est tale corpus preter elementa. Omne enīz ex quo est dissoluitur in hoc. nō videtur autem hoc circa simplicia corpora nec ignis: nec aliqd aliud elementorum nullum. Sine enim eo qꝫ est infinitum esse aliquod ipsorum impossibile omne ⁊ si fit finitū: aut esse aut fieri vnū aliquod ipsorum. Quemadmoduz Heraclitus ait fieri aliquando ignem. Eadem autez ratio ⁊ in vno quod faciunt preter elementa phyſici. Omne. n. permutatur ex contrario. puta ex calido in frigidum.

¶Ostendit qꝫ non sit infinitum in actu in sensibilib⁹ per rationes naturales. Et primo ex pte actiui ⁊ passiui. Secūdo ex parte loci ⁊ locati ibi. (Adhuc sensibile). Actiuū autem ⁊ passiuū. locus ⁊ locatum sunt ꝓprietates corporis nālis inquantuz hutusmodi. Et ideo dicit qꝫ iste rationes sunt naturales. Dicit ergo primo: qꝫ si corpus aliqō sensibile est infinitū aut erit corpus simplex: aut erit corpus cōpositū sine mixtū. Et primo ostēdit: qꝫ corpus cōpositū nō possit esse infinitum: suppositoqꝫ corpora simplicia q̄ sunt elemēta corporū compositorū sint finita multitudie. Quod ita probat qꝫ oportebit qꝫ vel oīa sint infinita in quātitate. aut qꝫ vnum sit infinituz alia finita. Aliter enīz non posset cōponi corpus infinitū ex elemētis multitudine finitis. Non aūt potest esse qꝫ vnū eorūz sit infinitum ⁊ alia finita. qꝫ in corpore mixto oportebit aliqualiter adequari contraria ad hoc qꝫ corpus mixtū cōseruetur. Aliter enim vnū eorum qō esset excedēs corrumperet alia. Si autem vnum sit infinitū ⁊ alia finita non est equalitas: cū non sit ꝓportio infiniti ad finitum. Unde corpus mixtum non poterit cōsistere. sed infinitū corrumpet alia. Sed qa posīz aliquis dicere qꝫ corpus quod est finitū quantitate est potentia virtute. ⁊ ita sit inequalitas: puta si quis dicat qꝫ in corpore mixto sit aer infinitus ⁊ ignis finitus. iō subtungit qꝫ quānis virtus vnius corporis qō ponē infinitum deficiat a virtute alterius cuiuscūqz quod ponitur finitum. nihilominus finitū corrumperet ab infinito. Corporis enim finiti necesse est esse virtutē finitam. Et ita ignis finitus habebit virtutē finitā. Si ergo abscindatur ab aere infinito: aer equalis igni habebit minorez virtutem: q̄ hēat totus aer ifinitus: proportionatā tamen virtute ignis. Si ergo virtus ignis centupla virtutis aeris. Sit ergo accipiamus centuplum de aere ab aere ifinito habebit equalē virtutez q̄ ignis. ⁊ ita totus aer infinitus habebit maiorē virtutem infinitam q̄ ignis ⁊ corrumperet ipsum. Nō est ergo possibile qꝫ in corpore mixto sit vnū elementum infinitū: ⁊ alia finita. Similiter non est possibile qꝫ oīa sint infinita: qꝫ corpus est qō distenditur in omnem dimensionem. Infinituz autem est quod habet dimensionem infinitam. Unde oportet qꝫ corpus infinitum habeat ex omni parte dimensionez infinitā. Duo autem corpora non possunt esse simul. Sic ergo duo infinita non possunt coniungi in vnum. Secundo ibi. Neqz vnum simplex. Ostendit qꝫ non potest esse aliquod corpus simpliciter infinitum. Non enim est possibile qꝫ sit corpus simplex preter elemēta: ex quo omnia generantur. sicut quidam posuerūt vaporem: quia vnumquodqz resoluitur in ea ex quibus componitur. In nullis autem videmus resolui corpora mixta nisi in quattuor elementa. Non est ergo aliquod corpus simplex preter quattuor elementa. Sed neqz ignis: neqz aliquod aliud elementorum potest esse infinitū: quia impossibile esset aliquod elementorum esse preter id quod esset infinitum. quia illud repleret totum vndiqz. Et etiam si esset aliquod infinitum: oporteret qꝫ conuerteretur in illud ifinitū propter excessuz ipsius virtutis: sicut Heraclitus manifeste posuit. Quod quandoqz omnia sint conuertenda in elementum ignis propter nimium excessuz virtutis eius. Et eadem ergo ratione est de vno corpore simplici: siue incomposito: quod quidem faciūt naturales preter ipsa elementa. Oportet enim qꝫ habeat quandam contrariam repugnantiam in ordine ad alia elementa cum permutatio fiat ex illo vno solo corpore ad alia. Omnis autem rerum permutatio fit ex contrario in contrarium. Cum igitur vnum cōtrariorum corrumpat alterum: sequitur qꝫ si illud corpus quod ponitur preter elementa sit infinituz qꝫ corrumpat alia. ¶Pretermittit antē hic philosophus de corpore celesti quod est preter ipsa quattuor elementa. nō tamen habet aliquam contrarietatem siue repugnantiam ad ea nec constituuntur ex eo naturaliter corpora. Non enim naturales philosophi ponentes corpus infinitum actu: peruenerunt in notitiam

UVA. BHSC. IyR_086_1

huius quinte essentie vel nature. Sed tamen in libro de celo Aristoteles probat etiaz de corpore celi quod circulariter mouetur: ꝙ non sit infinitum actu.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc sensibile corpus alicubi: ⁊ idez loci totius ⁊ partis: puta terre. quare si quidem eiusdem speciei imobilis erit: aut semper feretur: hoc aũt impossibile. quid eniz magis deorsum ꝙz sursum: aut vbicũ ꝙz: puta si gleba fuerit: vbi hic mouebit̃ aut manebit: locꝰ eniz ipsius cõnaturalis corporis infinitꝰ. obtinebit igit̃ totum locum qũo. Et que igitur mãsio ⁊ motus si vbiqz manet: nõ mouebitur. si autem vbiqz vo igitur stabit.

¶ Ondit ꝙ non est corpus sensibile infinitũ rõnibus acceptis ex parte ipsius loci ⁊ locati. Et ponit tres. Circa quarum primã premittit duo necessaria. Quorum pmũ est ꝙ omne corpus sensibile est in loco. Et dicit notanter sensibile: ad differentiam corporis mathematici: cui non attribuitur locus ⁊ tactus nisi per similitudinem. Aliud est: ꝙ idem est locus naturalis totius ⁊ partis: scilicet in quo naturaliter quiescit: ad quod scilicet naturaliter mouetur. Sicut patet ō terra ⁊ parte terre. Utriusqz eniz locus naturalis est deorsum. His autem duobus positis proponit rationem ibi. Quare si quidem eius. Et est ratio talis. Si ponatur corpus sensibile infinitum. aut est totum vnius speciei. sicut corpora similium partium: sicut aer ⁊ terra ⁊ sanguis: aut huiusmodi. aut erit diuersarum specierum in partibus. Si autem est eiusdem speciei quantum ad omnes partes: sequetur ꝙ aut totuz erit immobile ⁊ semper quiescens. aut totuz semper mouetur: quoruz vtrumqz est impossibile ⁊ repugnans sensui. Sed ꝙ oporteat alterum sequi: ostendit: cum dicit. Quid enim magis deorsum. Jam enim suppositum est ꝙ idem est locus naturalis totius ⁊ partis. Manifestũ est etiam ꝙ vnumquodqz corpus cum est in loco suo naturali quiescit. Cum autem est extra naturalem locũ suum naturaliter mouetur ad ipsuz Si igitur totus locus in quo est corpus similium partiuz infinitum est ei naturalis oportet ꝙ sit naturalis cuilibet parti. ⁊ ita ipsuz totum ⁊ quelibet pars quiescit. Si vero non est ei naturalis ergo ⁊ totũ ⁊ pars erunt extra proprium locum. Et ita totum ⁊ quelibet pars eius mouebitur semper. Non enim potest dici ꝙ aliqua pars loci sit naturalis toti ⁊ partibus eius: ⁊ aliqua pars innaturalis. quia si corpus esset infinituz ⁊ omne corpus esset in loco: oportet ꝙ locus etiã sit infinitus. In loco autem infinito non potest inueniri ratio diuisionis quare aliquid eius sit naturalis locus corporis. ⁊ aliud non naturalis locus. quia oportet esse aliquam determinataz proportionem ⁊ distãtiã loci naturalis ad nõ naturalẽ: qõ in loco infinito nõ põt inueniri. Hoc est ergo qõ dicit: ꝙ nõ magis mouebit̃ corpus infinitũ aut pars eiꝰ deorsum ꝙz sursum vel versus quamcunqz aliã partẽ. quia in loco infinito non potest sumi aliqua determinata proportio harũ partiũ. Et ponit exemplũ: vt si ponamꝰ terram esse infinitam non erit assignare rationem quare magis moueatur: vel quiescat hic ꝙz ibi: quia totus locꝰ infinitus est connaturalis similiter ipsius corporis infiniti: quod est i loco. Unde si aliqua pars loci est cõnaturalis glebe. ⁊ similiter alia pars: ⁊ si vna non est connaturalis: nec alia. Si igitur corpus infinitum sit in loco optinebit totum locum infinitum. Et quomodo hoc poterit esse. Quomodo etiam poterit simul esse quies ⁊ motus: quia vbiqz quiescit non movetur: aut si moueretr vbiqz: segtur ꝙ nihil quiescat.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autez dissimile totuz: dissimilia ⁊ loca ⁊ primũ quidez nõ vnuz corpus omnis nisi tactu. Deinde aut finita hec erunt: aut infinita specie. Finita qdẽ igit̃ nõ possibile. Erũt enim hec quidẽ infinita: hec aũt nõ. si oẽ infinitum. puta ignis aut aqua. Corruptio autem quod tale contrariis. Si autez infinita ⁊ simplicia ⁊ loca infinita: ⁊ erunt infinita elementa. Si autem hoc impossibile. ⁊ loca finita ⁊ omne necesse esse finitum esse.

¶ Prosequitur philosophus alteram partem disiunctiue: scilicet si totum non est similiũ partium: dicẽs ꝙ primo sequitur ꝙ corpus omnis: ideſt totius: si sit partium dissimilium specie non sit vnuz nisi in tangẽdo. sicut acervus lapidum est vnus. Que autem sunt diuersarum specieruz non possunt esse cõtinua: sicut ignis ⁊ aer ⁊ aqua. Et hoc non est esse vnum simpliciter. Item si istud totum constat ex dissimilibus partibus specie aut esse infinita specie ita scilicet ꝙ sint infinite species diuerse partes totius aut essent finita specie. ita scilicet ꝙ diuersitas specierum que est in partibus aliquo certo numero concludatur. Sed ꝙ impossibile sit esse finita elementa secundum speciez: patet ex eo quod in precedenti ratione est positum. Nõ enī esset possibile ex partibus numero finitis cõstitui totum infinituz: nisi vel omnes partes eẽt infinite qz̃ titate quod est impossibile: cũ corpus infinitũ oportet ad quãlibet partem infinitum esse: vel saltẽ ꝙ aliqua pars vel aliqe partes infinitatem habeant. Sequitur igitur ꝙ si totum est infinitum ⁊ partes specie diuerse infinite numero: ꝙ quedam earum sint infinite in quantitate ⁊ quedaz finite. puta si poneretur: ꝙ aqua esset ifinita. ⁊ ignis finitus. Sed hoc ponere inducit corruptionez in contrarijs quia id quod est infinitum corrumpet: alia vt supra ostensuz est. Non est igitur possibile ꝙ sint finita numero. Sed si sunt infinite secũdum spẽm prime partes vniuersi quas oportet ponere partes simplices: segtur ꝙ loca erunt infinita ⁊ ꝙ elementa erunt infinita quoruz vtrũqz ẽ impossibile. Cum enim vnumquodqz corpus simplex habeat locum sibi connaturalem diuersum a loco corporis alterius secundum speciem: si sint infinita corpora simplicia secundum speciem diuersa. sequetur qõ etiam sint infinita loca diuersa specie. Quod patet eẽ falsum. Nam species locorum sunt sub aliquo numero determinato que sunt sursum ⁊ deorsum ⁊ huiusmodi. Elementa etiam esse infinita impossibile est: quia sic sequeretur ꝙ essent ignota. ⁊ eis ignotis omnia ignorarentur. Si ergo impossibile ẽ elementa eẽ infinita: necesse est ꝙ loca sint finita. ⁊ per consequẽs ꝙ totum sit finitum. Sec. 10ª

¶ Deinde cum dicit.

¶ Totaliter autez impossibile infinituz esse corpus ⁊ locum corporibus. Si omne corpus sensibile: aut grauitatez: aut leuitatez habet: aut eniz ad mediuz aut ad sursum feretur. Impossibile autẽ infinituz aut omne aut dimidium quodcunqz istorum passum esse. quomodo enim diuides: aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorsum: hoc autez sursum aut extremum aut mediuz.

¶ Secundam rationem ponit: dicens ꝙ cum omne corpus sensibile habeat locum: impossibile ẽ qõ ali-

UVA. BHSC. IyR_086_1

quod corpus sensibile sit infinitum hac positione facta q̄ omne corpus sensibile habeat granitatem: aut levitate. Quod quidem verum erat ꝑm opinionē antiquorum naturalium ponentium corpus infinitum actu. Sed ipse opinatur q̄ sit aliquod corpus sensibile non habens granitatē neq; levitatē. s. corpus celeste: vt probauit in libro de celo ⁊ mundo. Et iō hoc induxit sub conditione: quasi ab aduersarijs concessum: sed nō simpliciter verū. Si ergo omne corpus sensibile ē graue vel leue: ⁊ per consequēs qō feratur sursum vel ad medium. Diffinitur enī leue quod fertur sursum. ⁊ graue quod fertur ad mediū. Sed hoc est impossibile inueniri in infinito neq; in toto neq; in parte. Non enī inuenitur medium in aliquo corpe nisi proportione habita ad extrema in dividendo totū. Infinitū vō nō pōt dividi secundū aliquam proportionem. Unde non potest ibi inueniri sursum ⁊ deorsum nec extremum ⁊ medium. Considerandum autem q̄ hec ratio valet: etiam si ponatur corpus tertium: quod neq; est graue neq; leue. Tale enim corp⁹ naturaliter monetur circa medium quod non potest in corpore infinito inueniri.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc omne sensibile corpus in loco: loci autem species sex. impossibile autez in infinito corpore hoc esse.

¶ Hic philosophus ponit tertiam rationem: que talis est. Omne corpus sensibile ē in loco. Sed loci species sunt sex. scilicet sursum. deorsum. dextrum: sinistrum ante ⁊ retro. Que quidem impossibile est attribui corpori infinito cum sint quedam extrema distantiarum ⁊ sic corpori infinito impossibile est attribuere locum. Non est igitur aliquod corpus sensibile infinitum: non autem dicit q̄ sunt sex species loci assere re itēdēs: q̄ ista loca distinguunt̄ in elemētis: qr mot⁹ eorum non distinguunt nisi sursuz ⁊ deorsum: sed sicut ab infinito corpore remouetur sursum ⁊ deorsum: ita omnes alie differentie loci.

¶ Totaliter autem si impossibile locum infinitum esse ⁊ corpus impossibile: quod enim in loco alicubi est: hoc autē significat aut deorsum: aut sursuz: aut reliquorum aliqō. hoꝝ autē vnūquodq; terminus aliquis.

¶ Quartam rationez ponit: que talis est. Omne corpus sensibile est in loco. Sed impossibile est cē locuz infinitum: ergo impossibile est esse corpus infinitum. Quomodo aūt impossibile sit locum esse infinituz ex hoc probatur. De quocunq; enim predicatur cōmune aliquod oportet predicari in aliquod eorū que sūt sub illo cōmuni: sicut q̄ est animal oportebit q̄ sit in aliqua specie animalis. Et quod est homo oportet q̄ sit aliquis homo. Et similiter quod est in infinito loco oportet q̄ sit alicubi. idest in aliquo loco: esse autē in aliquo loco est esse vel sursuz vel deorsuz: vel secūdū aliquam aliam speciem: quaruz nullam possibile est esse infinitam: quia vnumquodq; horum est termin⁹ alicuius distantie. ergo impossibile est esse locum infinitum. ⁊ similiter corpus.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Infinitum autez non idem in magnitudine ⁊ motu ⁊ tempore: vt vna quedā natura. Sed quod posterius dicitur secundum prius: puta motus secunduz magnitudinez in qua mouetur: aut alteratur: aut augetur tempus: aut propter motum.

¶ Ostendit quomodo infinitum in potentia in diuersis inueniatur. Et dixit q̄ inuenitur in magnitudine ⁊ motu ⁊ tēpore ⁊ nō vniuoce predicatuz de eis: sed prius ⁊ posterius. Et semper quod est in eis posteri⁹ dicitur infinitum secūdum q̄ id quod ē prius dicitur finitum sicut motus secūdum magnitudinez in q̄ aliquid mouetur localiter aut augeꝝ aut alteratur. Et tēpus dicitur infinitum secundum motum. Quod sic intelligendum est. Infinitum enī diuisione attribuit continuo: quod primo attribuit magnitudini ex qua motus habet continuitatem: quod manifestum ē in motu locali: quia partes mot⁹ localis accipiūtur secūdum partes magnitudinis. Et similiter manifestum est in motu augmēti. quia secundum additionem magnitudinis augmentum attenditur. Sed in alteratione non ē ita manifestum. Sed tamen etiam ibi aliq̄liter verum est: quia qualitas secundum quam fit alteratio per accidens dividitur ad diuisionē magnitudinis. Et iterū intensio ⁊ remissio qualitatis attendit secundum quod subiectum in magnitudine existens aliquo modo vel perfectiori vel minus perfecto participat qualitatem. Ad continuitatem aūt motus est ⁊ tempus continuū. Nam tempus secūdum se cū sit numerus nō habet continuitatem: sed solum in subiecto. Sicut. x. mensure pāni continue sunt: eo q̄ pannus quoddam continuum ē. Eodem igitur ordine oꝝ q̄ infinitum de istis tribus dicaꝝ sicut ⁊ continuum.

¶ Permutatur autem quod permutatur: hoc quidem secūduz accidens: vt musicum ambulare: hoc autez eo q̄ huius aliquid permutatur: simpliciter dicitur permutari: puta que secūdum partes. Sanatur enim corpus quia oculus: est autē aliquid ⁊ quod ipsum primum mouetur: ⁊ hoc est per se mobile.

¶ Lectio vndecima.

¶ Postquam philosophus oñdit qd est motus ⁊ determinauit de īfinito quod est passio quedā motus. Hic determinat de partibus motus. Et dividitur in duas ptes. In prima dividit motuz in suas ptes. In secūda manifestat cōcomitantia motū ⁊ partes eius ibi. (Simul secundum totum). ¶ Prima dividit in ptes tres secūdum tres diuisiones motus: quarum tamen vna sub altera accipitur: vtpote dividens aliqō membrum precedentis diuisionis.

¶ Est aliquid ⁊ in mouēre eodē modo: movet enim secundum accidens. hoc quidez secundūm partez. hoc autez per se.

¶ Circa primū duo facit. ¶ Primo dividit motum ex parte mobilis. Secūdo ex parte mouentis ibi. (Est aūt aliquid). Dicit ergo primo q̄ tribus modis aliqd permutatur. Uno modo pmutatur aliqd per accidēs tantum. quādo. s. aliqd dicitur permutari ex eo q̄ illud in quo ē permutatur siue sit in eo vt accidēs in subiecto sicut musicuz dicimus ambulare sine sit forma substalis in materia vt aīa īmoto corpore sine quecūq; ps moto toto: siue etiam contētum moto continente vt nauta mota naui. Secūdo mō dicit aliquid permutari simpliciter eo q̄ aliquid eius permutat sicut ea que monētur secūdum partē. Sicut corpus hoīs dicitur sanari q: sanatur oculus. ⁊ hoc qdē est per se moueri sed nō primo modo. Tertio modo dicitur aliqd moueri. ¶ Primo ⁊ per se: sicut si aliquod totum moueat secundum totum vt si lapis deorsum feratur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Est autem aliquid quod mouetur adhuc in quo tēpore: ⁊ ex quo ⁊ in quot spēs: aut ⁊ passiones ⁊ locus in quo mouentur mota q̄

UVA. BHSC. IyR_086_1

immobilia sūt: puta sciētia: ⁊ caliditas: est autem non caliditas motus sed calefactio.

¶ Ponit eandē diuisionem ex parte mouētis. Dicitur enim mouens tripliciter. Uno modo mouēs secundum accidens: sicut musicus hedificat. Alio modo secundum partem sicut homo manu vulnerat ⁊ percutit. Tertio mō per se: sicut ignis calefacit ⁊ medicus sanat.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Est autem aliquid mouens primum.

¶ Ponit secundam diuisionē motus seu mutationis. Et circa hoc tria facit. Primo premittit quedaz que sunt necessaria ad diuisionē motus accipiendā. Secūdo diuidit motionē ibi. (Que autē nō secunduz autem). Tertio manifestat diuisionē mutationis ibi. (Que qdem igitur nō ex subiecto). Dicit ergo p̄mo: q̄ in qualibet mutatione inueniunt quinq̄. Est enim in omni mutatione aliqd quod est primum mouens. Secundo est aliquid quod monetur. Tertio est tempus in quo fit mutatio. quia omnis motus est in tempore. Quarto est terminus ex quo incipit mot⁹. Quinto est terminus in quē motus tēdit. Mō aūt diuiditur motus siue mutatio in suas spēs: sed mouens neq̄ ex id quod mouet neq̄ ex tempus quia ista sūt cōmunia omni mutationi. Sed diuidit ex terminos ex quo: ⁊ in quē est motus. ⁊ ideo duo vltima posita manifestat. dicēs q̄ spēs. i. forme ⁊ passiones. i. qualitates ⁊ locus sūt termini motuū: q: in ea mouent ea q̄ mobilia sūt. Et dicit spēs propter generationē ⁊ corruptionem passiones ꝓpter alterationes ⁊ locū p̄opter loci mutationē. Et exēplificat de passionibus p̄ sciētiam ⁊ caliditatē. Sed q: quibusdā videbat q̄ caliditas esset idē quod alteratio, ⁊ sic sequeret: q̄ caliditas esset motus ⁊ non terminus motus. Ideo dicit q̄ caliditas nō est motus: sed calefactio.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem nō secūdū accidēs permutatio nuncin omnib⁹ existit: sed in contrariis ⁊ intermediis ⁊ in contradictione. huius aūt fides ex inductione. permutat aūt quod permutat. aut ex subiecto in subiectū: aut ex nō subiecto in nō subiectū. aut ex subiecto in nō subiectū: aut ex nō subiecto i subiectū. dico aūt subiectū qō affirmatione monstrat. quare necesse est tres esse permutationes: que. n. ex nō subiecto in nō subiectū nō est ꝓmutatio neq̄ enim cōtraria neq̄ contradictio ē: quia non oppositio est.

¶ Determinatis duabus partibus p̄ie diuisionis: accipit tertiam. ⁊ eam subdiuidit secūdum terminos. s. mutationē que nō est ꝓ accidens neq̄ fm partez: dicens q̄ ymutatio: q̄ nō est secūduz accidēs nō existit inter quoscūq̄ terminos. sed opz q̄ termini eius sint vel cōtraria: sicut est mutatio de albo in nigrum vel intermedia sicut mutatio de nigro in rubeuz ⁊ de rubeo in pallidū. Aut est mutatio inter cōtradictoria: sicut de albo in nō album: aut ecōuerso. Tacet aūt de p̄natiue oppositis: q: media sunt inter cōtradictoria ⁊ cōtraria ⁊ sub eis intelligunt. Dicit aūt q̄ permutatio: q̄ est fm accidēs nō habet terminos determinatos: sicut. n. permutatio nō habet terminos determinatos. Fit. n. ꝓ accidēs mutatio de albo in dulce: non quidē inquātū est albū: sed inquātū est amaz. Et quia solū inter p̄dictos terminos fit permutatio: ostēdit per inductionē. Quatuor. n. modis possūt variari termini mutationis. Aut ita q̄ vterq̄ sit affirmatiuus: vt si aliquid dicatur mutari ex albo in nigrū. Et hoc est qō dicit ex subiecto in subiectū. Aut ita q̄ vterq̄ sit negatiuus: vt si aliqd dicat mutari de nō albo in nō nigrū. ⁊ hoc est qō dicit ex nō subiecto in nō subiectū. Aut ita q̄ terminus a quo sit affirmatiu⁹: ⁊ terminus ad quē sit negatiu⁹: vt si dicat mutari de albo in nō albū Et hoc est qō dicit. Ex subo in nō subm. Aut ita q̄ terminus a quo sit negatiu⁹ ⁊ termin⁹ ad quē affirmatiuus vt si dicat aliqd mutari de nō albo in albū. ⁊ h⁰ est qō dicit. ex nō subo in subm. Exponit aūt qō dixerat subiectū. s. id qō affirmatiue significat: hax aūt q̄tuo: cōbinationū: vna est inutilis: nō enīz est aliqua ꝓmutatio de nō subiecto in nō subiectū. Due. n. negationes sicut nō albū ⁊ nō nigrū neq̄ sūt cōtraria neq̄ contradictoria: q: non sūt opposita: possunt enim verificari de eodē: multa enī sūt q̄ neq̄ alba neq̄ nigra sūt: vnde cū mutatio sit iter opposita: vt in p̄mo physi cox. pbatū est. Reliqē q̄ de nō subo i nō subz nō fit ꝓ mutatio. ⁊ sic est necesse solū tres eē permutatiōes. s. duas fm cōtradictionē. ⁊ vnā fm cōtrarietatem. Lec. 13.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Que qdē igit nō ex subiecto in subiectū secūdū cōtradictionē generatio: q̄ qdem simpliciter simplex: que aūt alicui⁹ q̄daz. que āt ex subiecto in non subiectū corruptio.

¶ Manifestat q̄ sūt p̄dicte tres ymutationes. Et circa hoc tria facit. Primo ondit q̄ due eax sūt generatio ⁊ corruptio. Scōo ondit q̄ neutra eax est mot⁹ ibi. (Sed itaq̄ nō). Tertio cōcludit q̄ mutatio dicatur motus ibi. (Qm aūt omnis mot⁹ ⁊c.). Dicit ergo p̄mo q̄ triū p̄dictax mutationū illa q̄ est de nō subo in subiectū exīs iter cōtradictorios oppositos vocat gnātio. Sed hoc cōuenit duplr: q: aut est mutatio de non ente simplr in ens simpliciter: ⁊ tūc est generatio simpliciter. Et hoc ē quādo mutabile subiectū ponat fm substātiaz. Aut est de nō ente in ens nō simpliciter sed fm quid: sicut de eo qō nō est albū in albū: ⁊ hec est generatio quedā ⁊ fm qd. Illa vo mutatio q̄ est de subiecto in nō subiectū dicit corruptio. Et simiter in hac distinguuntur simpliciter ⁊ secundum qd sicut in generatione.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Si itaq̄ nō ens dicit multipliciter: ⁊ nec qō secūdū compositionē aut diuisionem cōtingit moueri: nec qō secūdū potentiam qō simpliciter enti oppositū. qd enim nō album aut non bonū tātum contingit moueri secundum accidēs. Erit. n. vtiq̄ homo qō non album: qō aūtē simpliciter non hoc nequaq̄ impossibile enī nō ens moueri. Si āt hoc ⁊ generationē motuz esse: generat enī nō ens. Si enī ⁊ q̄z maxime fm accidens generat: sed tamen verum dicere qō existit nō ens de generato simpliciter. Similiter autez ⁊ quiescere: hec itaq̄ accidunt difficilia: ⁊ si omne quod mouet in loco: non ens autem non est in loco. Erit enim, vtiq̄ alicubi. Neq̄ itaq̄ corruptio motus: contrarium enī motui motus aut qes. corruptio autem generationi.

¶ Ostēdit philosophus q̄ neutra harum mutationū est motus. Et primo ostendit hoc de generatione. Secundo de corruptione ibi. (Neq̄ itaq̄ corruptio motus). Dicit ergo primo q̄ non ens dicit multipliciter sicut ⁊ ens. Uno enim modo dicitur quod est secūdum compositionem ⁊ diuisionem propositionis. Et hoc cum nō sit in rebus sed in mente non potest moueri. Alio modo dicitur ens ⁊ non ens secunduz po-

UVA. BHSC. IyR_086_1

tentiaz ⁊ actū. ⁊ id qđ est actu est simpliciter ens. Qđ autem est secundū potentiam: tantum est nō ens. Dicit ergo ꝙ neqz conuenit moueri hoc nō ens: quod quidem est secundum potentiam ens: sed nō ens actu. ⁊ quod est quasi oppositū enti in actu simpliciter. Sed quare dixerit quod est oppositū enti simpliciter manifestat: cū subdit. (Quod enim non albū). Ens enī in potentia quod opponit enti in actu ꝙ non ē ens simpliciter conuenit moueri: quia qđ non est nō album in actu: aut nō bonum in actu cōuenit moueri: sed tamen secūdum accidens. Non enī ipsum nō albū mouetur sed subiectuz in quo est hec priuatio qđ est ens actu. Quod enim est nō albuz potest esse homo. Sed quod est nō ens in actu simpliciter: idest secūduz substantiam: nequaqz conuenit moueri: sed inquantum hec omnia vera sūt. Impossibile enī est nō ens moueri. Et si hoc verum est: impossibile est generationē esse motū: quia nō ens generatur. Est enim generatio vt dictū est de nō ente in ens. Unde si generatio simpliciter esset motus: sequeret ꝙ nō ens simpliciter moueretur. Sed huic processui posset aliquis obuiare: dicēs ꝙ nō ens nō gñat nisi p accīs: p se enī generatur id qđ est subiectū generatiōis. i. ens in potentia. Nō ens autē significat priuationē in materia. Unde nō generat nisi per accidēs. Sed hanc obuiationem excludit ibi. Si enī ⁊ quoniā maxime: dicēs ꝙ licet non ens nō generatur nisi secūdum accidens: tamen de eo quod generat simpliciter verum est dicere ꝙ est nō ens. Et de quocūqz est hoc verū dicere impossibile est id moueri: ergo subiectū mutationis impossibile est moueri. Et similiter ipossibile est ipm quiescere: qz nō ens simpliciter nō mouet neqz geſcit Hec enī incōuenientia accidunt: siquis ponit generationem ⁊ motū. Ad ostendēdum autē ꝙ non ens nō mouetur: subiūgit ꝙ omne qđ mouet est in loco: qz motus localis est prior motū. Non ens aūt simpliciter nō est in loco: qz alicubi esset nō ens. igit nō pōt moueri: ⁊ sic generatio nō est motus. Et ex hoc vlterius ostendit ꝙ neqz corruptio est motus ibi. (Neqz itaqz corruptio). qz motui nō cōtrariatur nisi mot⁹ vt quies. Sed corruptioni cōtrariatur generatio. Si ergo corruptio sit motus opz ꝙ generatio sit vel motus vel quies. Quod nō pōt esse vt ostensum est.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autē omnis mot⁹ ꝓmutatio q̄dam: ꝓmutationes āt tres dicte: harum āt q̄ ſm generationē ⁊ corruptionē nō mot⁹. hec āt q̄ ſm cōtradictionē: necesse ē eaz q̄ ex subiecto in subiectuz mutationē ee ſolaz. Subiecta autē cōtraria aut ītermedia. Eteniz priuatio ponitur cōtrariuz. monſtrat autē affirmatione: puta nuduz ⁊ edētuluz ⁊ nigrum.

¶ Ostendit que mutatio dicatur motus: dicēs ꝙ oīs motus ē aliqua ꝓmutatio. ¶ Permutationēs aūt sūt solum tres: quaz due sūt que secūdū contradictionē. s. generatio ⁊ corruptio nō sūt motus. Relinqtur ergo ꝙ sola mutatio. s. de subiecto in subm sint mot⁹. Et cū substātia ista ītēr q̄ est mot⁹ opōteat ee oppositā: necesse ē ꝙ sit cōtraria vel intermedia: qz ꝓuatio ꝛ affirmatiue mōſtret: sicut nudū ⁊ edentulū ⁊ nigz: tū ad cōtrariū reducit: qz priuatio est ꝑma cōtrarietas: vt in. ix. ostēſum est. Dicit aūt nigrū esse ꝓuationē nō ſimpliciter: ꝛ inquātū defectiue ꝑticipat generis naturā

Lec. 6.

¶ Igitur predicamenta diuisa sunt substantia ⁊ qualitate hoc loco facere: aut pati ad aliquid: quanto necesse tres esse motus qualis quanti loci.

¶ Lectio duodecima.

¶ Postquam diuisit trāsmutatōez in generationem ⁊ corruptionē ⁊ motū. Hic subdiuidit alteꝛ mēbꝛ diuisionis. s. motū ſm genera in qbus pōt esse motus Circa hoc duo facit. ¶ Prio ostēdit in qbus generibus possit esse motus. Secūdo ostēdit quot modis dicit ītmobile ibi. (Immobile autē quāto). Circa primum tria facit. ¶ Prio ꝓponit quod intēdit. Secūdo ꝓbat ꝓpositū ibi. Secūdū substātiā aūt). Tertio cōcludit ꝓncipale intētionē ibi. (Quoniā aūt neqz). Dicit ergo ꝓmo ꝙ cū predicamēta dividunt p substātiā. qualitatē ⁊ hmōi ⁊ in alijs generibus nō possit ee motus secūdum tria genera entis in qbus pōt esse mot⁹: q̄ sūt substantias quātitas ⁊ vbi: loco cui⁹ ponit locū: qz nihil aliud significat eē vbi nisi ee in loco ⁊ moueri secūdū locuz nihil est aliud q̄z moueri ſm vbi: nō enī motus ſm locum attribuit subiecto loci: in quo ē locus. sed ei qđ est in loco. Attēdendū ē autē ꝙ ptermittere videt tria genera scilicet quādo situz hēre. Cū enīz quādo significat esse in tempoꝛe: tempus aūt sit numerus motus eiusdem rationis est non esse motum in genere quando: ⁊ non esse motum in genere actionis ⁊ passionis que significant aliqualiter ipsum motum. ¶ Positio vō nō addit supra vbi nisi ordinē partū determinatū qz nihil ē aliud q̄z determinata relatio partū adinuicem. ¶ Habitus etiā ipoꝛtat habitudinē induméti ad indutum. Et sic eiusdez rationis videtur esse ꝙ non sit motus in situ: ⁊ habere ꝙ nō sit in ad aliquid.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Secundum substantiam autem non. ꝓpter nullum esse substantie contrarium.

¶ Probat ꝓpositū. Et Circa hoc tria facit. ¶ Prio ostēdit ꝙ nō sit motus in substātia. Secūdo ꝙ non sit motus in ad aliquid ibi. (Neqz ad aliqd). Tertio ꝙ nō est motus in agere ⁊ pati ibi. (Neqz faciētis ⁊ patientis). Ostēdit ergo ꝓmo ꝙ secūdū substātiā nō pōt esse motus: qz motus est mutatio de subiecto in subiectum. Duo ergo subiecta inter q̄ ē motus sūt cōtraria aut media. Cū igit substātie nihil sit cōtrariū. ¶ Relinquitur ꝙ secūdū substātiā nō possit esse motus. Sz generatio ⁊ corruptio tantū: quoꝝ termini sūt oppositi ſm cōtradictionē: ⁊ nō ſm cōtrarietatē: vt supra dictum est. Videt autē ꝙ hoc quod dictū ē: substātie nihil ē contrariū falsuz esse cū ignis manifeste appareat cōtrarius aque. Et cū Aristoteles in ꝓio de celo ꝓbauit ⁊ celū nō ē corruptibile qz nō habet ꝛnum. alia vō corpoꝛa que sūt corruptibilia cōtrariū habent. Dixerunt igit quidā ꝙ toti substātie cōposite nō ē aliqd contrariū: qz oporꝛtet cōtrarioꝛuz esse vnū subiectum. Sed forme substātiali nihil prohibet esse ꝙtrariū. Dicebant enī ꝙ calor ē forma substātialis ignis. hoc aūt nō pōt esse verus qz forme substātiales nō sūt sensibiles p se. Et itez manifestū ē ꝙ calor ⁊ frigus in alijs coꝛpoꝛibus sunt accidētia. Quod aūt ē in genere substātie nulli pōt accidens esse. Unde alij dixerūt ꝙ calor ⁊ frigus nō sūt forme ſubales ignis ⁊ aque: sed tamē eorum forme substātiales sūt cōtrarie ⁊ recipiunt magis ⁊ minus: ⁊ sūt quasi medie inter substantiā ⁊ accidens. Sed hoc omnino irrationabiliter dicit. Nam cū forma sit principiū speciei: si forma ignis ⁊ aq̄ nō sunt vere substātiales: neqz ignis ⁊ aqua sūt vere species in genere substātie. Nō ē igitur possibile ꝙ inter substantiā ⁊ accidēs sit aliquod mediū: tamē quia sūt diuersoꝝ generū: inter hmōi aūt nō cadit mediū: vt supra in decimo oīsum ē: tamē qz etiam differentiōes subē et accidentis imediate sūt. Est enī subā ens per se. accidens vō ens p se nō ē: sed in alio. Dicēdū ē ergo ꝙ nec forme substātiales possunt esse cōtrarie: quia cōtraria sūt extrema quedā cuinsdaz determinate di

UVA. BHSC. IyR_086_1

ſtātie: ⁊ quodāmodo cōtinue: cū ſit motus de vno cō/trario in aliud cōtrariū. Unde in illis generibus in q bus talis diſtātia continua ⁊ determinata nō inuenīt non pōt cōtrariū inueniri. Sicut patet in numeris. Diſtantia enī numeroꝝ adinuicē nō intelligīt ſecun/dum aliquā cōtinuitatē: ſed ſm additionē vnitatum. Unde numerus numero nō ē contrarius. ⁊ ſimiliter nec figura figure. Eodē aūt modo eſt in ſubſtātijs: qa ratio cuiuſlibet ſpeciei cōſtituīt in quodā determina to indiuiſibili. Sed cū forma ſit differētie principiū: ſi formę ſubales nō ſunt adinuicē cōtrarie. ſequīt q nō ſit cōtrarietas in differētijs: cū tamē ſup̄a oīum ſit: q genus diuidīt in cōtrarias differētias. Dicēdū eſt igitur q forma ſubalis ſm q in ſe conſideraī conſti/tuit ſpēm in genere ſube. Secūduz aūt q vna forma habet ſibi intellectā p̄nationē alteri⁹ formę: ſic diuerſe formę ſūt contrariaꝝ dziaꝝ p̄incip̄ia. nā p̄uatio quo/dāmodo cōtrariuz ē. Et per hunc moduz opponunt animatū ⁊ inaīatū. rōnale ⁊ irrōnale ⁊ huiuſmodi.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqz ad aliqd. Eſt enīz altero nihil per mutatio: verificari alterum nihil permutatū. quare ſecūdum accidens motus ipſorum.

¶ Oſtendit nō per ſe eſſe motū in genere ad aliquid: ſz ſolū per accidēs. Sicuti. n. aliquid mouet per acci dens quādo nō fit motus in eo niſi quodā altero mo/to. ita ⁊ in aliquo dicīt eē mot⁹ p accidēs quādo nō fit motus in eo niſi quodā altero moto. Hoc aūt inueni mus in genere ad aliqd q niſi aliqd alter permutetur nō vez eſt dicere q in eo fiat permutatio. Sicut non fit de equali inequale nō facta p̄mutatione ſecūdū q̄/titatem. Et ſimiliter non fit de diſſimili ſimile: niſi fa cta p̄mutatione ſecūdum qualitatez. Uidemus etiaz q vnū relatinoꝝ dicitur permutari facta p̄mutatiōe circa alterꝝ: ſicut alterꝝ per ſe manēs de ſiniſtro fit de/xtrum: altero ſm locum p̄mutato. Relinqtur igitur q aliquid nō eſt motus niſi per accidens.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqz faciētis ⁊ patiētis vt mouētis ⁊ mo ti: qz nō eſt mot⁹ mot⁹ neqz generationis ge neratio. Dupliciter. n. cōtingit motus eē mo tum: aut vt ſubiecti velut hō mouet: qz ex al/bo ī nigrū p̄mutat. q̄re ſic ⁊ mot⁹: aut calefit aūt ifrigidat aut locū p̄mutat: aut auget: hāt ipoſſibile. nō enī ſubiectoꝝ aliqd p̄mutatio aut eo q alteruz aliquod ſubiectū ex p̄muta tione permutatur in aliā ſpēz velut homo ex lāgore in ſanitatē. Sed nec hoc poſſibile niſi ſm accidēs. Omnis enī motus ex alio in ali ud eſt permutatio ⁊ generatio ⁊ coꝝruptio. eodē modo veꝝtamen: que quidē ex oppoſi tis: ſic aūt nō. ſic nō mot⁹. Simul igit p̄mu/tatur ex ſanitate in egritudinē: ⁊ ex hac ipſa p̄mutatione in aliā. Palaz autē qz ſi lāgue/rit: p̄mutatus erit in qualiacūqz: contingit enī quieſcere. Et adhuc in nō contingentem re oppoſita erit ſanatio ſed p accidēs velut ex reminiſcentia in obliuionez p̄mutat: quia cui exiſtit p̄mutat: quandoqz quidem in ſci entiam: quandoqz autem in ſanitatem.

¶ Oſtendit q neqz in agere ⁊ pati ſit motus. Et hoc quatuoꝝ rationū: quaꝝ p̄ia talis ē. Agere ⁊ pati ſūt motus ⁊ ſignificāt motū. Si igit in agere ⁊ pati eſſet motus: ſequet q mot⁹ ſit alicui⁹ mot⁹. ⁊ generatio ge nerationis ⁊ p̄mutatio p̄mutatōis. Sed hoc eſt ipoſ/ſibile: ergo ⁊ hoc q in agere ⁊ pati ſit motus: q autez ipoſſibile ſit motū eſſe motus. ſicut oſtēdit. Motum enim eſſe motus conuenit dupliciter: aut eius qō mo uetur: aut termini. Aut eius quidem quod mouetur ſicut dicimus motū eſſe hominis: quia homo moue/tur: quia ex albo in nigrū permutatur. Unde ⁊ ſimili ter motus mouebitur ⁊ aut calefiet aut infrigidabit. aut mutabit ſm locū. aut augebit. Hoc aūt eſt ipoſſi bile: qz mot⁹ nō pōt eſſe ſubiectū caloris aut frigoris: aut alicui⁹ huiuſmodi. Relinqtur igit q nō cōtingat motū eſſe mot⁹ ſicut ſubiecti. Sed neqz etiā ſicut ter/mini ita. ſ. q aliqō ſubiectū alterꝝ p̄mutet de vna ſpē p̄mutatiōis in aliā: ſicut hō p̄mutat de lāgoze in ſa/nitatē. hoc enī eſt impoſſibile niſi p accidēs. Uīi cōſe quēter oſtēdit q ē ipoſſibile p ſe: qz oīs mot⁹ ē p̄muta tio de vno ī aliud. Et ſimiliter generatio ⁊ coꝝruptio eſt mutatio de vno in aliud. licet termini p̄mutatiōis nō ſic opponant in generatione ⁊ coꝝruptiōe ſicut in motu: vt ſup̄a dictū ē. Si igit ſit aliqua p̄mutatio de vna p̄mutatione in aliā. puta de ſanatione in quādaz aliā permutationē: ſequet q ſimul duz aliqd p̄mutat de ſanitate in egritudinē p̄mutet de illa p̄mutatione in aliā p̄mutationē: qz adhuc vno extremoꝝ p̄muta/tionis exiſtēte fit trāſmutatio de illo extremo in aliud Et ſic ſi due trāſmutatiōes ſunt extrema vnius p̄mu/tationis: ſequet q dupliciter p̄ma trāſmutatiōe fiat trāſ/mutatio in aliā. Et ſic ſimul duz aliqō mouet de ſani tate in egritudinē trāſmutabit de ſanatiōe in aliā trāſ mutationē. Sed hoc nō videt niſi quantū vna muta tio ſuccedit alteri. Contingit aūt q ad hāc mutationē qua aliqd mouet de ſanitate in egritudinē ſuccedat: quāuis alia mutatio: puta dealbatio vel denigratio mutatio ſm locū vel quecūqz alia. Unde manifeſtuz eſt q ſi aliqs lāguet per hoc q mouet de ſanitate in egritudinē q ex hac mutatione p̄mutari poterit in q̄/cunqz aliā mutationē. Neqz eſt mirū qz poterit ex hac mutatione mutari vt in quiete. Contingit. n. poſt hāc mutationē aliquē q̄eſcere. Sed cum omnis mutatio ſit in nō cōtingēs: ideſt in oppoſitū quod nō cōuenit ſimul vez eſſe cū ſuo oppoſito: ſequtur q ſi permutatio ſit de iſintatione in mutationē q ſemp ſit in oppoſitā mutationē quā appellat nō cōtingentē. Et illa trāſmu tatio in quā fit trāſitus oportet q ſit de aliquo in ali/quid. Quare nō fiet trāſitus de p̄mutatione lāgoris ni ſi in oppoſitā mutationē que dicīt ſanatio. Et ſic vidē tur duo cōtraria ſequi. ſ. q oppoſita p̄mutatio fiat de vna p̄mutatiōe in quācūqz aliam. ⁊ q nō niſi in op/poſitā. Ex quo ſequīt vlterius q ſimul dum mutatur aliqd ad vnū oppoſitoꝝ: mutet in mutationē tādē in aliud oppoſitū: qō videt ipoſſibile. Sequtur enim q ſimul intētio nature tēdat in oppoſita. Nō igitur eſt poſſibile q p ſe mutetur aliqd de vna p̄mutatione in aliā: ſed p accidēs hoc cōuenit: ſicut aliqs p̄mutatur ex reminiſcētia in obliuionē: qz ſubiectuz permutatur quādoqz ad vnū terminū quādoqz ad aliuz: nō q ſit vna intētio mouētis ad hoc q ſimul dum p̄mutetur in vnum intendat tendere in aliud.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et adhuc in īfinitum ibit: ſi erit p̄mutatio nis p̄mutatio: ⁊ generationis generatio. Ne ceſſe igit ⁊ p̄iorez ſi poſterioꝝ: puta ſi ſimꝫ plex generatio fiebat aliquando ⁊ q fit fie/bat. quare nōdum erat quod fiebat ſimpliciter ſi aliquis fiens aut ſimpliciter aut factuz. Si itaqz ⁊ hoc fiebat aliquādo: quāre nōdū

UVA. BHSC. IyR_086_1

erat tunc genitum. quoniã autez infinitoruz nõ est primum: nõ erit primum. quare neqz habitum neqz fieri igit neqz moueri possibile est: neqz pmutari nullum.

¶ Secũdã rationez ponit: que talis est. Si permutatio sit pmutatiõis: sicut termini vel generatio generationis: necesse erit qꝫ ad permutationẽ nõ perueniat nisi per aliã permutationem: sicut ad qualitatem non perũenitur nisi per alterationẽ precedentẽ. ⁊ sic ad illam pmutationẽ precedẽtẽ nõ puenit nisi per aliquã priorem mutationẽ. ⁊ ita pcedetur in infinitum qõ esse nõ põt: q; si ponant infinite pmutationes hoc mõ ordinate qꝫ vna iducat ad aliã: necesse est priorẽ esse si posterior sit. ¶ Ponamus. n. qꝫ generatiõis simpliciter q̃ est generatio subẽ fit quedã generatio. Si ergo generatio simpliciter fiat quãdoqz. ⁊ itez ipm fieri aliquã do fiebat: sequet qꝫ nõdum erat quod fit simpliciter: sed erat generatio fm aliquid fm qꝫ sit ipsa generatio generationis. Si itaque ⁊ hec generatio aliquando fiebat. ⁊ cum non sit abire in infinitum. ⁊ in infinitis non sit accipere primum non erit deuenire ad primum fieri. Si ãt prius nõ ẽ neqz posterius: vt supra dictũ ẽ. Quare sequet qꝫ nõ sit huic. i. id quod cõsequenter ẽ. Et inde sequitur qꝫ nihil possit fieri neqz moueri neqz mutari: quod ẽ impossibile. Non igitur possibile ẽ qꝫ mutationis sit mutatio.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc eiusdem motui cõtrarius ⁊ quies ⁊ generatio ⁊ corruptio. quare quod fit: cuz fiat fiens: tunc corrumpitur: neqz enim confestim factum neqz posterius: esse eniz oportet quod corrumpit.

¶ Tertiam rõnem ponit: que talis est. ¶ Motus cõtrarij sunt eiusdẽ subiecti etiã quies ⁊ motꝰ ⁊ ẽt generatio ⁊ corruptio: qz opposita natura sunt fieri circa idẽ. Si igit aliquod subiectũ trãsmutet de generatiõe ⁊ corruptione simul dũ generat trãsmutabit ad corruptionem: qõ ẽ trãsmutari ad nõ esse: nã corruptionis terminus ẽ non esse. Quod aũt trãsmutatur ad nõ eẽ corrũpitur. Sequit igit qꝫ aliqd simul dũ fit corrũpatur. sed hoc nõ põt esse. Neqz enĩ dũ aliqõ fit corrũpitur. neqz statim postea corrũpitur. Cũ. n. corruptio sit de esse in nõ esse: oportebit id qõ corrũpit eẽ. ⁊ sic oportet inter generationem que est mutatio ad esse: ⁊ corruptionem que est mutatio ad non esse inuenire quietem mediam. ⁊ sic non est mutatio de generatione in corruptionem.

¶ Adhuc opz materiam subesse ei qõ fit ⁊ pmutat. que igit erit quemadmoduz alterabile corpus aut anima aliqd: sic aliqd qõ fit motus ⁊ generatio ⁊ aliquid in quod mouetur: oportet enim esse aliqd eum qui huius ex hoc in hoc motum nõ motum. qualiter igitur: neqz enim erit disciplinationis: quare neqz generatio generationis.

¶ Quartam rõnem ponit. que talis ẽ. In oi quod generatur opz duo inueniri: quoꝝ vnuz est materia eiusdem quod fit. ⁊ aliud ad qõ terminat generatio. Si ergo generet generatio: opz qꝫ generatio ⁊ motus hẽant mãz talẽ quale ẽ alterabile corpus aut aĩa aut aliquid huiusmodi. Sed hui⁹ materiã non est assignare generationi ⁊ motui. Similiter ẽt opz in generatiõe esse aliqd ad qõ terminat mutatio: q; opz aliquã partem. s. mãm eius qõ generat eẽ motã ex hoc in hoc. ⁊ hoc u qõ terminat motꝰ nõ puenit eẽ motũ: ſz terminum motus. Non enĩ hmõi pmutatiõis que ẽ disciplinatio est aliqua alia disciplinatio: que ad eam terminetur que sit disciplina disciplinationis. Quare relinquitur qꝫ non sit generatio generationis.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem neqz substantie: neqz eius quod ad aliquid: neque eius quod est facere ⁊ pati. Relinquit secũduz quale ⁊ quantum ⁊ vbi motum esse: horum eniz vnicuiqz contrarietas est. Dico autem quale non qõ in substantia. Etenim differentia quale secundum. sed quod passiuum secundum quod dicitur pati aut impassibile esse.

¶ Concludit principalem intentum: dicens qꝫ quia motus non potest esse neqz in generatione substantie neque in ad aliquid: neqz in agere ⁊ pati. Relinquitur quod motus sit secundum quale ⁊ quantuz ⁊ vbi In his enim generibus conuenit esse contrarietatez que est inter terminos motus: vt ostensum est. Sed quia qualitas quandoque dicitur de forma substantiali. Subiungitur. Quod cum motus dicitur esse in quali. Non intelligitur significare substantiam secundum qꝫ differentia substantialis predicatur in eo qõ quale: sed de quali secundum quod dicitur aliquid pati: vel impassibile esse. Non enim est propie alteratio nisi secundum passibiles qualitates: vt in septimo physicorum probatur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Immobile autem quod toraliter impossibile moueri ⁊ quod vix in tempore multo tarde incipiens. Et quod natum quidem est moueri non potens autem quando natum est: ⁊ vt quod voco quiescere immobilium solum: cõtrarium enim quies motui: quare priuatio vtiqz erit susceptiui.

¶ Ostendit quot modis dicitur immobile. Et ponit tres modos: quorum primus est: quod immobile dicitur id quod omnino est impossibile moueri: sicut deus est immobilis. Secundus modus est secundum quod dicitur immobile id quod vix non potest moueri sicut saxum magnum. Tertius modus est secundum quod dicitur immobile id quod natum est moueri. Licet tunc non potest moueri. quando natum est. ⁊ vbi natuz est moueri. ⁊ sicut natũ est moueri. Et hoc solum immobile dicitur propie quiescere: quia quies est contraria motui. Unde oportet qꝫ quies sit priuatio motus in susceptiuo motus.

S Imul autem secundum locum quecunqz in vno loco primo. Et secundum quecunqz in alio. Tangi ãt quoruz vltima sunt simul. intermediuz autẽ in quod natum est prius puenire quod pmutat quã in quod vltimum pmutatur secunduz naturam continere pmutans ꝫrium secundum locum ⁊ secundum rectũ plimũ distans. Consequenter autem est quo post principium ente positõe aut specie: aut aliq̃liter determinato nihil intermedium est eorum que in eodez genere: ⁊ cuius consequẽter est. vt linee linee aut vnitates vnitatis: aut domus domus. Aliud autem nihil prohibet intermediũ eẽ.

UVA. BHSC. IyR_086_1

Quod enī cōsequenter alicuius: cōsequēter ⁊ posterius aliquid. Non enim vnum cōsequenter duorum: neq; noua luna secunde habitum aut quodcunq; cum cōsequenter ens tangit. Quoniam omnis permutatio in oppositis. hec autez contraria ⁊ cōtradictio cōtradictionis aut nullum intermediū. Palam ꝙ in contrariis intermedium. Continuum autem qō quidez habituz aliqd. Dico ãt continuuz cum idem fuerit ⁊ vnuz vtriusque terminus quibus tangunt ⁊ continent.

¶ Lectio decimatertia.

n Notificat que circunstant motū ⁊ pcipue motū localē. Et primo notificat ea. Secundo inducit quedã cōrelaria et dictis ibi. (Quare palã). Dicit ergo primo ꝙ simul secundū locū dicunt quecunq; sūt in vno loco pmo: idest pprio. Si enī aliqua sūt in vno loco cōmuni nō ꝓpter hoc dicunt eē simul. Sic enī omnia que cōueniūt celi ambitu dicent esse simul. Deorsum ãt dicunt quecunq; sunt in alio ⁊ in alio loco. Tangi autem adinuicem dicunt quoꝝ vltima sunt simul: puta duo corpora quoꝝ superficies coniūguntur. Medium ãt inter duo est in qō id quod cōtinno permutatur natū est prius pernenire cū in vltimū. Sicut si motus cōtinuus de. a. in. c. prius veniet in. b. id qō mutatur cū. in. c. Contrariū vero secundū locū est quod est plurimū distans secundū rectam lineam. Non enim distantia plurima potest mensurari secundum lineam curuam. eo ꝙ inter duo puncta possunt designari infinite decisiones circulorū dissimiles. Sed inter duo puncta non potest esse nisi vna linea recta. Mensuram autem oportet esse certam ⁊ determinatam. Plurimū autem distans in locis inuenitur secundū naturam sursum ⁊ deorsum: q̄ sunt medium ⁊ extremum mundi. Conuenienter autem dicit quod est prius aliquod primū principium: siue attendat ordo secundum positionē: siue secundū spēz sicut binarius est post vnitatem: siue qualitercūq; alter. Adhuc autem oportet ꝙ nihil eiusdez generis sit medium inter id quod est consequenter. ⁊ id cui consequenter est. sicut linee sunt consequēter alicui linee. ⁊ vnitates alicui vnitati. ⁊ domus alicui domui cōsequenter. Sed nihil prohibet inter duo: quorū vnū se habet consequenter ad alteruz esse aliquid mediū alterius generis: puta si inter duas domus sit. vnus equus medius. Et ad manifestandū promissaz diuisionez: subiungit ꝙ illud qō dicitur consequenter: oportet ꝙ sit consequenter respectu alicuius ⁊ ꝙ sit aliqō posterius. Vnū enim non se habet consequenter ad duo: cuz sit prius neq; nona luna ad secundā: sed econuerso. Deinde dicit ꝙ habitum dicitur illud quod est consequenter ⁊ tangit. puta si duo corpora sint ordinata: quoꝝ vnū alterum tangat. Deinde dicit: ꝙ cum omnis permutatio sit inter opposita. ⁊ opposita inter que est permutatio sint contraria. ⁊ cōtradicto ria: vt ostensum est. cū contradictionis nullū sit medius: manifestū est ꝙ inter sola ꝓtraria oportet eē mediuz: cū mediū sit inter extrema motus: vt ex diffinitione superius posita patet. Hoc autez bene inducit. Quare enim dixerat ꝙ consequenter sūt ⁊ inter q̄ nō est mediū cōueniens fuit vt ostenderet inter que potest esse mediū. Deinde oñdit qd sit continuū ⁊ dicit ꝙ continuū addit aliquid supra habitum. ⁊ dicit ꝙ continuum est cū vtriuscz eorum q̄ se tangūt ⁊ q̄ simul sunt sit vnus ⁊ idē terminus sicut partes linee cōiunguntur ad punctum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare palam quod continuum in his fit ex quibus vnum aliquid natum est fieri secundum cōtactum. Et quia primū: quod cōsequenter palã. Quod enim cōsequenter nō tangit: hoc autem consequenter. ⁊ si continuum tangit. Si autez tangit: nōduz cōtinuuz. In quibus autem nō est tactus: non est connascentia in his. Quare nō est punctuz huic vnitati. His quidem enim inest tangi: his ãt non: sed ad consequenter. Et horum qdem inter medium aliquid: horum autem non.

¶ Inducit tria corrolaria ex premissis: quorum primum est ꝙ continuum est in illis ex quibus natum est fieri vnum secundum contactuz. Et hoc ideo este q: continuum requirit ideptitatem termini. Secūdum corrolarium est ꝙ iter ista tria consequenter cōtactum ⁊ continuum prius ⁊ conueniēs est quod est consequenter. Non enim omne quod est consequenter tangit. sed omne quod tangit est consequenter. Oportet enim contacta secundum positionez esse ordinata. ⁊ nihil eoꝝ esse mediuz. Et similiter tangēs est prius ⁊ inconueniens q̄ continuū: quia si est continuum est necesse ꝙ tangat. Quod enī est vnum necesse est esse simul: nisi forte intelligatur in hoc quod est esse simul pluralitas. sic enim continnū non eēt cōtactum. Sed eo modo quo id quod est vnū est simul: necesse est continuuz esse tangens. Sed non sequitur si tangit ꝙ sit continuum. sicut non sequitur ꝙ si aliq̄ sunt simul ꝙ sint vnū. Sed in quibus nō est cōtactus nō est nascentia. i. naturalis cōiunctio que est ꝓprie continuoꝝ. Tertium corrolariū est: ꝙ punctus ⁊ vnitas nō sunt idem: vt platonici posuerunt dicentes ꝙ punctū est vnitas habens pōnem. Et ꝙ nō sint idem patet ex duobus. Primo quidē q: secunduz puncta est cōtactus: nō autē secundū vnitates. sed cōsequenter se habent adinuicem. Scōo q: inter duo puncta semper est aliquid mediū: vt ꝓbatur i. vi°. phy. Sz inter duas vnitates necesse nō est aliqd eē mediuz. Lec. 2.

¶ Diui Thome aquinatis in duodecimum librum methaphysice. Aristotelis preclarissima ꝓmentaria.

¶ Incipit liber duodecimus.

Co. 1.
Co. 2.

d Est substantia quidem theoria est: nam substantiarum principia ⁊ cause que queruntur.

¶ Lectio secunda.

p Postquam ꝓbs in ꝓceden ti libro recollegerat q̄ ante dcā erāt tā in hoc libro q̄ in libro physicoꝝ de entib⁹ imperfectis. In hoc libro intēdit recollegere que dcā sūt de ente simplr. i. de substātia: tā i. viii. ⁊ in. viii. huius q̄ et in pmo physicoꝝ. ⁊ addere id qō deest ad ꝓplēdā ꝓsideratiōnē de substātijs. Et dividit in ptes duas. In pria oñdit ꝙ ad istā sciaz ptinet ꝓsiderare pcipue de suba. In scōa de suba determinat ibi. (Sube vero tres). Circa primū duo facit. Primo ꝓponit qō intēdit: dicēs ꝙ in hac scia ē theorica. i. cōsideratio principalis de suba. Nā cū illa scia: vtpote pma ⁊ q̄ sapientia dicit ꝑncipia pma entiū ingrat: necesse ē ꝙ hac scia ingrant principaliter principia ⁊ cause substātiaꝝ. Nā ista sūt ꝑncipia entiū pria. Quid ãt differant principiū ⁊ causa in quinto habitum est. Lec. 1.

¶ Etenim si totū quoddā omne substātia ē Co. 2.
prima pars: ⁊ si eo quod cōsequenter: ⁊ primum substantia. deinde qualitas aut quāti-

UVA. BHSC. IyR_086_1

Lo.3. tas. Similiter autem nec entia nihil est simpliciter dicere hec. Sed qualitates ⁊ motus aut non album ⁊ non rectū: dicimus.n. esse ⁊ hoc: puta est non album.

¶ Probat propositū ꝯtuor modis. Primo p hoc q substātia est prior entibus. Unde scīa prima de primo ente debet principaliter determinare. Quod aūt substātia sit prima inter oīa entia: manifestat p simile in rebus sensibilibus in qbus inuenīt ordo inter aliq̄ dupliciter. Uno modo secundū q partes alicuius totius habent ordinem adinuicē. sicut in aīali pars prima est cor. ⁊ in domo fundamētū. Alio modo secundum q aliqua sunt consequēter se habētia ex quibus non fit vnū vel cōtinuitate vel cōtactu. Sicut in exercitu dicitur prima acies: ⁊ secunda acies. Sicut igit in aliquo toto est aliqua prīa pars. ⁊ sicut itez in his que consequēter se habent ad aliqd primū. ita substātia est primū inter oīa alia entia. Et hoc est qđ dicit. Quod si omne. idest vniuersitas entium sit quoddaz totuz: substantia est prima pars. sicut fundamentū in domo. Et si entia se habent sicut ea que sūt cōsequenter. ita etiam substantia erit primū ⁊ deinde quantitas ⁊ qualitas ⁊ alia genera. Auerroys aūt nō attendens hoc secundū similitudinem dici. quia ꝓsiderāt non posse cadere in alicuius mente: q oīa alia genera entiū eēnt sicut partes vnius totius continui diuertit a plano littere in aliaz expositionem: dicens p hec duo Aristo. intendisse duplicem habitudinē quā conuenit opinari in entibus: scilicet vel q habeāt se sicut ea que sunt vnius nature ⁊ vnius generis qđ esset si ens eēt cōmune genus eorum: vel qualitercunq̄ continuitatē habens ad ea. Et hoc intelligit cū dicit. Si vt totum quoddā. Uel q habeant se adinuicē sicut q̄ nullo cōmuni cōueniunt. Et hoc intellexit: cū dixit. Et si in eo q consequenter ⁊c. Utrolibet enīz modo sequitur q substa sit prior aliis entibus. Secundo modo ꝓbat idem ibi. Similiter entia: dicens q ꝯtas ⁊ qualitas ⁊ huiusmodi nō sūt simpliciter entia: vt infra dicetur. Nā ens dicitur q̄ esse habens. hoc aūt solum est substantia que subsistit. Accidentia aūt dicuntur entia non q: sunt: sed q: magis ipsis aliquid est. sicut albedo dicitur esse: quia ens subiectum est albū. Ideo dicit q nō dicuntur simpliciter entia: sed entis entia sicut q̄litas ⁊ motus. Nec est mirū si accidētia dicunt entia: cū nō sint simpliciter. q: etiā priuationes ⁊ negatiōes dicunt quodāmodo entia sicut non albū ⁊ nō rectū Dicimus enī q non albū est. non q: non albū esse habeāt. sed q: subiectū aliquod est albedine priuatū. hoc igit cōmune est inter accidentia ⁊ priuationes. q: de vtrisq̄ dicit ens ratione subiecti. Sed in hoc differūt. quia subiectum secundū accidētia habet esse aliquale. secundū vero priuationes nō habet esse aliquale: sed est deficiens ab esse. Sic igit accidentia non sunt simpliciter entia: sed solū substātie: hec aūt sciētia q̄ considerat ens iquantū est ens nō considerat principaliter accidentia sed substantias.

¶ Amplius nihil aliorum separabile.

¶ Tertio modo probat: quia scilicet alia entia non possunt separari a substātia. Accidentia enī non possunt esse nisi in subiecto. ⁊ ideo in consideratione substantie includitur consideratio accidentium.

¶ Testantur autem ⁊ inquanti opere. nam substātie querebāt principia ⁊ elemēta ⁊ causas: qui qdem nunc substantias vniuersalia

Lo.4. magis ponūt. Nā genera vniuersalia q̄ dicunt principia ⁊ substātias eē magis pp logice ingrere. qui vero antiqtus particularia vt ignem ⁊ terrā: sed non cōmune corpus.

¶ Quarto ꝓbat idem: dicēs q etiā philosophi antiqui testant ipso facto: q ꝓbi consideratio est de substantijs. q: querentes causas entis querūt causas substantie solū. ⁊ hoc fecerūt ⁊ quidā moderni: sed tamē differenter. Non enī querebant principia: ⁊ elementa ⁊ causas eodem modo: sed diuersimode. Nā moderni scilicet platonici dicūt vniuersalia magis esse substātias q̄z particularia. Dicunt enī genera q̄ sunt vniuersalia magis esse principia ⁊ causas substantiaruz q̄z particularia. Et hoc ideo: q: logice inquirebāt de rebus. Uniuersalia enī que secundū rationē sūt abstracta a sensibilibus credebāt etiā in rez natura abstracta esse ⁊ principia particularū. Sed antiq philosophi: vt Democritus ⁊ Empedocles posuerūt substātias ⁊ principia rez esse particularia. vt ignem ⁊ terram. Non autem hoc commune quod est corpus.

Substātie vero tres sunt. vna qdem sensibilis: cuius alia qdem sempiterna. alia corruptibilis quaz oēs confitent: vt plante ⁊ animalia. Sempiterna aūt cuius elemēta necesse est accipere: siue vnuz siue multa. Alia vero īmobilis: hāc dicūt q̄dā separabilē esse. hi quidē i duo diuidētes. alii in vnā naturā spēs ponētes ⁊ mathematica alii horuz mathematica solum. ille quidem naturalis cuz motu enī sunt ⁊ hec alterius: si nulluz illis principiuz cōmune est.

¶ Lectio secunda.

Postquā ostēdit q cōsideratio philosophi pricipalit̄ de substātijs est. Hic icipit de substātijs determinare. Et diuidit in partes duas. In prima diuidit substantiā. In secunda de ptibus diuisionis determinat ibi. (Sensibilis vero substantia). Dicit ergo primo q tres sūt substātie. vna quidē est sensibilis: q̄ in duo genera diuidit. Nā substantiaruz sensibiliū quedam sunt sempiterne scilicet corpora celestia. quedā vero sunt corruptibiles. Substātia vero sensibilis ⁊ corruptibilis nota est oibus sicut sunt plante ⁊ animalia. Sed alia substantia sensibilis scilicet sempiterna est cuius pncipia q̄rere intendimus in hoc libro: scilicet si vnū eorū sit pncipiū vel multa. hoc enī inquiret cōsiderando de substātijs separatis que sunt principia mouentia ⁊ fines corporū celestiuz: vt infra patebit. Ponit aūt hic large elemēta loco principioru. nā elementū ꝓprie nō est nisi cā intrinseca. Tertiū vero genus est substantie īmobilis que non est sensibilis. Et hec nō est omnibus manifesta. sed quidam ponunt eam esse separabilem a sensibilibus quorū opinio diuersificatur. Quidam enim diuidunt sustantiam separabilez in duo genera: scilicet in species: quas vocant ideas ⁊ mathematica'. Sicut enim inuenitur secundum rationem duplex modus separationis. vnus quo separātur mathematica a materia sēsibili: alius quo separātur vniuersalia a particularib⁹. ita ⁊ secūdum rez ponebāt ⁊ vniuersalia esse separata: que dicebant species ⁊ etiā mathematica. Sed quidā hec duo. s. species ⁊ mathematica in vnā naturam reducebant. Utriq̄ igitur hi erāt platonici. Sed alij scilicet pythagonici non ponebant species: sed solum mathematica. Inter autem hec tria genera substantiaz hoc differt: quia substātie sensibiles siue sint corruptibiles siue perpetue pertinent ad conderationē naturalis phie q̄ determinat de ente mobili. Oēs enim substantie sensibiles sunt in motu. Substantia autez separabilis ⁊ īmmobilis pertinet ad consideratione

UVA. BHSC. IyR_086_1

alterius scientie ⁊ non ad eisdem. si tamen nullū p̃n/
cipium sit cōmune vtriusq; substantijs. q: si in aliquo
conueniant primebit vtrarūq; substantiarū cōsidera/
tio ad illam scientiaz que illud cōmune considerat.
Et ideo naturalis scientia ꝓsiderat solū de substātijs
sensibilibus inquantū sunt i actu in motu. Et ꝯ tam
de his: q̃ de substātijs imobilibus ꝓsiderat hec scien
tia inq̃tum cōicant in hoc ꝙ sunt entia ⁊ substantie.
¶Deinde cum dicit.

¶Sensibilis vero substantia est mutabilis:
si autem mutatio est ex oppositis ⁊ mediis:
sed oppositis aūt non omnibus. non album
enim vox. Sed ex contrario necesse subesse
quid mutabile in contrarietatez. Non. n. cō
traria transmutantur. amplius hoc quidem
manet. aliud vero contrarium nō manet. Est
igitur aliqd tertium p̃ter cōtraria materia.

¶Determinat de p̃missis substātijs. Et p̃mo de
substantia sensibili. Secundo de substantijs imobili
bus ibi. (Sed quoniaz tres sunt). ¶Prima diuiditur
in duas. In prima inquirit principia substantie sensi
bilis. In secunda inquirit vtrū sint eadē p̃cipia sub
stantie ⁊ aliorū genex ibi. (Cause vero ⁊ principia).
Circa p̃mū duo facit. ¶Primo inquirit de materia
Secundo de forma ibi. (Tres vero cause ⁊ tria p̃n/
cipia). Circa p̃mum duo facit. ¶Primo determinat
veritatē de materia. Secundo soluit dubitationem.
ibi. (Dubitabit autez aliquis ex quo). Circa p̃mū
tria facit. ¶Primo enim manifestat materiā esse in sē
sibilibus. Secundo vero ostēdit quale ens sit ibi. (Si
itaq; transmutatiōes). Tertio quomodo diuersimo
de inuenitur in diuersis substantijs sensibilibus ibi.
(Oia vero materiā habēt). Dicit ergo primo ꝙ sub
stantia sensibilis est mutabilis vt dictum est. Omnis
autez mutatio est ex oppositis aut ex mediis vt supra
ostensum est. Non autem est mutatio ex quibuscun/
que oppositis. Fit enim album ex non albo. Non ta
men ex quolibet non albo. nam vox est non album:
sed corpus non fit album ex voce. Sz ex nō albo: qō
est nigrum vel medium. Et ideo dicit ꝙ mutatio fit
ex opposito quod est contrarium. Nec ex instātia de
substantia in qua fit mutatio: cum tamen substantie
nihil sit contrarium. quia in substantia est p̃natio:
que quodammodo computatur inter cōtraria: vt in
decimo ostensum est. Quare igitur omnis mutatio
est de contrario in contrarium: necesse est subesse ali
quod subiectum: quod possit mutari de contrario in
contrarium. Et hoc philosophus probat dupliciter.
Primo quidem. quia vnum contrariorum non trāf
mutatur in alterum. Non enim ipsa nigredo fit albe
do. Unde si debeat fieri trāsmutatio de nigro in albū
oportet aliquid esse p̃ter nigredinem ꝙ fiat albuz.
Alio modo probat idem ex hoc ꝙ in qualibet trans/
mutatione inuenitur aliqd manens: sicut in transmu
tatione que est de nigro in album corpus manet. Ali
ud vero scilicet contrariū: vt puta nigrū non manet.
Unde manifestum est: ꝙ materia est aliquid tertiuz
p̃ter contraria. ¶Deinde cum dicit.

¶Si itaq; transmutationes sunt quattuor:
aut secundū quid: aut secundū qualitatē aut
secundū quantitatem: aut vbi. Generatio q
dem simpliciter aut corruptio secunduz hoc
quantitatē. alteratio autem que secundū pas
sionem. latio autem que secundum locū. In/
cotrarietates vtiq; erunt easque secundum
vnūquodq; trāsmutatiōe: sneceſſe itaq; trāf
mutari materiam potentem ambo.

¶Ostēdit cuiusmodi ens sit materia. Et dicit quod
transmutationes sunt quattuor. Generatio quidez ⁊
corruptio simplex secundū substantiaz ⁊ augmentū.
⁊ diminutio secundum quantitatem. Alteratio secun
dum passionem que est tertia species qualitatis. La/
tio. idest loci mutatio secundum vbi. Et manifestum
est ꝙ omnes iste transmutationes erunt secundū cō/
trarietates que sunt secundum vnumquodq; horum
generum: vtputa alteratio in contrarietatem quali/
tatis. Augmentum in contrarietatem quantitatis. ⁊
sic de alijs. Et ita cum in qualibet transmutatione sit
quoddam tertium p̃ter contrarium: quod dicitur
materia: necesse est ꝙ id quod transmutat sine subie/
ctum transmutationis quantum est de se sit in poten
tia ad vtrunq; contrarium. Aliter enī non esset suscē/
ptiua vtriusq;: nec posset de vno in aliud transmuta/
tari. Sicut igitur corpus quod transmutatur de albe
dine in nigredinem: inquantum est copus est in po/
tentia ad vtrumque. ita materia in generatione sub/
stantie que est subiectum generationis ⁊ corruptio/
nis: q̃tum est de se est in potentia ad formā ⁊ p̃va/
tionem nec formam nec p̃nationem quantuz est de
se actu habens. ¶Deinde cum dicit.

¶Quoniam autem duplex est ens. transf/
mutat omne ex potentia ente in actu ens vt
puta ex potentia albo in actu album. Simili Lo.8.
ter autem in augmento ⁊ decremento. Qua/
re non solum secundum accidens contingit
fieri ex non ente: sed ex ente: fiunt omnia po
tentia quidem ente. ex non ente vero actu.

¶Hic philosophus secundum veritatem determi/
tam de ipsa materia soluit quandam dubitationē an
tiquorum naturalium philosophorum qui remoue/
bant generationem: ꝓpter hoc ꝙ non credebant
ꝙ posset aliquid fieri ex nō ente. quia ex nihilo fit ni/
hil. nec etiam ex ente. quia sic esset anteq̃z fieret. Hāc
ergo dubitationem philosophus soluit ostendendo:
qualiter aliqd fit ex ente ⁊ ex non ente: dicens quod
duplex est ens: scilicet ens actu: ⁊ ens potentia. Om
ne igitur quod transmutatur: transmutatur ex ente
in potentia in actu ens. Sicut cum aliquid alteratur
ex albo in potentia in actu album. Et similiter est in
motu ipsius augmenti ⁊ decrementi. quia transmu/
tatur aliquid de potentia magno: vel paruo in actu
magnum vel paruum. Unde ⁊ in genere substantie
fiunt omnia ex non ente ⁊ ente. Ex non ente quidem
secundum accidens inquantum fit aliquid ex mate/
ria subiecta p̃nationi secundum quam dicitur non
ens. Sed per se fit aliquid ex ente. non autez in actu
sed in potentia. s. ex materia que est ens in potētia vt
dictum. ostensum est. ¶Sciendum est autem ꝙ predicte
positioni antiquorum naturalium negantiuz genera
tionem ⁊ dicentium ꝙ generatio non est aliud q̃ al
teratio: voluerunt obuiare quidam posteriores: dicē
tes generationem esse per segregationem ab aliquo
mixto ⁊ confuso.

¶Et hoc est Anaxagore vnum. Dignius
est enī quaz simul omnia. Et Empedoclis Lo.19.
mixtura ⁊ Anaximādri: vl̃ vt Democritus
aut nobis erāt oia potētia. actu vero mīme.
Quare materiam vtiq; erant tangentes.
¶Ostendit ergo tertio pbs cum dicit. Quod etiam

UVA. BHSC. IyR_086_1

omnes sic dicentes aliqd simile predicte positioni dicere voluerunt sed non attingunt. Dicit ergo q̄ hoc .s. materia que est ens in potentia ad omnia est illud vnum q̄ Anax. posuit. Dicebat enī q̄ omne quod generatur ex aliquo: est in eo ex quo generatur. Et sic a principio omnia erunt mixta in quodā vno nesciēs distinguere inter potentiam ⁊ actū. Sed dignius est ponere materiam in qua omnia sunt in potētia q̄ ponere omnia simul in actu vt videtur ex verbis Anax. Et hoc est quod Empedo. dixit q̄ a principio omnia erant mixta ⁊ confusa per amicitiam. ⁊ postea lis segregauit. Et similiter Anaximāder dixit. q̄ i vno cōfuso preextiterant omnia contraria. Et Democritus ēt dixit q̄ omnia que fiunt prius erant potētia sed nō actu. Unde manifestum est q̄ omnes isti philosophi tetigerunt quoddammodo materiam sed non perfecte ad eam pervenerunt.

¶ Deinde cum dicit.

Lo. 10. ¶ Omnia vero materiam habent quecunque transmutantur: sed aliam ⁊ sempiternorum. Quecūque nō generabilia: mobilia autem latione verum nō generabilem habent sed vnde quo.

¶ Ostendit q̄ non eodem modo materia est in omnibus substātijs sensibilibus: dicens q̄ quecunq; trās mutantur oportet q̄ habeant materiam sed aliam ⁊ aliam. Ea enim que transmutant secundū substātiaz idest que generantur ⁊ corrumpuntur habent materiam que est subiectum generationis ⁊ corruptionis que .s. de se est in potentia ad formas ⁊ ad priuationes. Sed corpora celestia que sunt sempiterna ⁊ ingenerabilia: sed mobilia secundum locum habent q̄dem materiam sed non que est subiectum generationis. aut que sit in potentia ad formā ⁊ primationē sed que est in potētia ad terminos motus localis qui sūt: vnde incipit motus ⁊ quo motus intendit.

¶ Deinde cum dicit.

Lo. 11. ¶ Dubitabit autem vtiq; aliquis. ex qua non ente est generatio. Tripliciter enim non ens. Si itaq; est aliquid potentia. attamē nō ex quocunq; sed alterum ex altero. Neq; sufficiens: quia simul res omnes: differunt enim materia. Quoniam quare infinita facta sunt sed nō vnum: intellectus enīz vnus. Quare si in materia vna illud factū est actu: cuius materia erat potentia.

¶ Soluit quandam dubitationem circa predeterminata: dicens q̄ aliquis potest dubitare cuz generatio sit transmutatio de non ente in ens ex quo nō ente in ens fit generatio. Dicitur enī nō ens tripliciter: vno modo quod nullo modo est ⁊ ex tali non ente non fit generatio: q: ex nihilo nihil fit secundū naturaz. Alio modo dicitur non ens ipsa priuatio que consideratur in aliquo subiecto ⁊ ex tali non ente fit quidem generatio. sed per accidens inquantum. .s. generatio fit ex subiecto cui accidit priuatio. Tertio modo dicit non ens ipsa materia que quantum est de se non est ens actu sed ens potētia. Et ex tali nō ente fit generatio p̄ se. Et hoc est quod dicit q̄ si aliquod non ens est ens in potētia: ex tali scilicet nō ente fit generatio per se. Quamuis autem generatio fiat ex non ente quod est in potentia: non tamen fit quodlibet ex quocunq;. sed diuersa fiunt ex diuersis materijs. Unūquodq; enim generabilium habet materiam determinataz ex qua fit: quia formam oportet esse proportionataz materie Licet enim materia prima sit in potentia ad oēs formas tñ quodā ordine suscipit eas. Per prius enīz est in potentia ad formas elementares: ⁊ eis mediantibus scōz diuersas ꝓportiones cōmixtionū est in potentia ad diuersas formas. Unde non potest ex quolibet imediate fieri quodlibet nisi forte per resolutionem in primā materiam. Et hoc ē contra Anax. qui posuit q̄ quodlibet fit ex quolibet. Nec ad hoc asserendū sufficit q̄ posuit oīa esse simul a principio. Oz enim q̄ res differant in materia ꝛz q̄ diuersis diuerse sūt materie. Quomodo enim essent facta infinita ⁊ non vnuz tantum si vna esset materia omnū secundum positionem Anaxa. Posuit enim Anax. eē vnū agens. .s. intellectuz. Unde ⁊ si materia est vna: necesse est etiam q̄ factum sit vnuz scilicet id ad quod materia erat in potentia. Ubi enim est vnum agens ⁊ vna materia: necesse est esse vnum factuz vt in. ix. habitum est. Hec autem ratio procedit contra Anaxa. inq̄tuz ponebat intellectum indigere materia ad faciendum res. Si autem ponat primuz rerum principium intellectus qui ipsam materiam producat primum principium diuersitatis rerū erit ex ordine apprehenso ab intellectu predicto qui secundum q̄ res diuersas producere intendit instituit materias diuersas aptas diuersitati rerum.

Res vero sūt cause ⁊ tria principia.
t Duo quidem contrarietas: cuius hoc quidem ratio ⁊ species: illud vero priuatio: tertium vero materia.

¶ Lectio tertia.

p Ostquam philosophus determinauit de materia. Hic determinat de forma. Et circa ꝫ duo facit. Et primo determinat de ea secundum se. Secūdo per comparationem ad substantiam compositaz ibi. (Substantie autem sūt ⁊c.). Circa primum tria facit. Primo proponit formā esse principium: dicēs q̄ tres sunt cause ⁊ tria principia substātie mutabilis. Duo enim sunt cōtraria quorum vnuz est species. .i. forma ⁊ aliud est priuatio q̄ quodāmodo est contrarium. Tertium autem est materia. Jam enim ostensum est q̄ in omni transmutatione oz esse subiectum ⁊ duo contraria. Unde necesse est q̄ in generatione substantie ꝫ requirantur.

¶ Postea quia nec fit materia nec species. Dico autem vltima: omne nanq; transmutat aliquid. ⁊ ex aliquo. ⁊ in quid: ⁊ a quo quidem primo mouente: cuius vero materia in quod vero species in infinitum ergo sūt. Si non solum es fit rotundum. sed ⁊ ipsum rotundum aut es: necesse est itaq; stare.

¶ Scōo ostēdit q̄ forma non generat sicut nec māteria dicens q̄ materia nec spēs fit idest generatur. Sed hoc intelligi oportet de vltima mā ⁊ de vltima forma. Nam materia aliqua generatur. .s. que est subiectuz alterationis. Est enim substātia composita. Oōs autez nec forma vltima: nec materia vltima generentur sic ꝓbat. In omni transmutatione oportet eē aliqd subiectū transmutationis qō est materia ⁊ aliqd a quo transmutat quod est principiū mouens ⁊ aliquid in quod transmutatur quod ē species ⁊ forma. Si ergo ipsa forma ⁊ materia generetur. puta si non soluz generet hoc totuz quod est es rotundū: sed etiā ipsa rotunditas ⁊ ipsum es: sequetur q̄ tam forma q̄ materia habeant materiā ⁊ formam. Et sic ibitur in infinituz in materijs ⁊ formis quod est impossibile. Necesse est itaq; stare in generatiōe vt. .s. vltima forma ⁊ vltima materia non generetur.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶ Postea quia quecz ex vniuoco fit suba. Nam ⁊ que natura fit substantia ⁊ alia: aut enī arte aut natura fit: aut fortuna aut casu. Ars igitur principiū est in alio: natura autez pricipiū in ipso: bō namqz hominē generat. Relique vero cause horū priuationes.

¶ Tertio dicit q res acgrit formā ex agētib⁹ simili bus: dicens q quecunqz substantia fit ex agente vni noco idest simili secundū formā. Omnes enim sub stātie que generantur. generanē aut a natura aut ab arte aut a fortūa aut anthomato idest casu idest per se vano. Differt aūt ars a natura: quia ars est principi um agendi in alio. Nā aūt est principium actōis ⁊ motus in eo quo est. ¶ Manifestū est autē q ea que ge nerantur ab arte fiunt ex sibi simili. ¶ Edificator enīz per formā domus quā habet in mente facit domum que est in materia. Et idem etiā apparet in natura q: homo generat hominē. In qbusdam autē hoc nō vi detur. Non enī generanē ex sibi similibus in specie. Sicut calidū in corporibus inferioib⁹ generat a sole non calido. Sed licet nō sit similitudo secundum spe ciem: oportet tamen esse aliqz similitudinē sed tamen imperfectam quia materia inferiorum non potest p/ tingere ad perfectam similitudinem superioris agen tis. Et cum ita sit in his que fiūt ab arte ⁊ natura: ma nifestum est q vnumquodqz generatur a suo simili. Nam reliqne cause. s. fortuna ⁊ casus sunt quasi defe ctus ⁊ priuationes nature ⁊ artis. Naz fortuna est in tellectus agēs preter intentionē ⁊ casus natura agēs preter intentionem. Unde ea que fiunt a fortūa ⁊ ca su non assimilanē suis agentibus cum fortuna ⁊ ca sus non sint cause per se. sed per accidēs. Et ideo quo dāmodo animalia que generanē ex putrefactiōe vi dentur fieri casu inquantū nō fiunt ex sibi similib⁹ se cundū spēm. Neqz etiam habent causam determīa taz agentem in istis inferioribus. sed solū causā agen tem superiorē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Substantie autē tres sunt: materia qdem hoc aliqd substātiā apparere. Nā quecū qz fit tactu ⁊ nō cōnascētia mā ⁊ subiectū: natu ra vero hoc aliqd inquantuz ⁊ habitus quidem. Amplius tertia que est ex his singularis vt Socrates ⁊ callias.

¶ Determinat de forma per cōparationem ad sub/ stantiaz cōpositaz. Et circa hoc tria facit. ¶ Primo di cit substantiā in materiā ⁊ formā ⁊ compositum: di cens q substantie sunt tres. materia quantū ad id qō videtur esse substātia ⁊ hoc aliquid. Unde primi na turales solaz materiam posuerunt esse substantiam. Et hoc ideo quia viderūt q in artificialibus que fiūt per contactū ⁊ non per materialē vnionez sola mate ria ⁊ subiectum videtur esse substantia. Nam forme artificiales sunt accidentia. Item natura rei videtur esse substantiā ⁊ hoc aliquid. Natura autez rei est in quā terminatur naturalis generatio idest forma que est quasi habitus quidā. Item tertia substātia est illa que cōponitur ex materia ⁊ forma sicut sunt singula/ ria. vt Callias ⁊ Sortes.

¶ In quibusdam igitur hoc non est preter compositam substantiam vt domus. Si nō ars nec est generatio nec corruptio horum: sed alio modo sunt ⁊ nō sunt vt domus que sine materia ⁊ sanitas ⁊ omne quod secun dum artem. Sed siquidem in eis que sunt natura. Quapropter non male Plato ait: quia species. sunt quecunqz natura. Siquidem sunt species alie horuz vt ignis: caro ca put: omnia eniz materia sunt: ⁊ eius que maxime sunt substantie vltime.

¶ Secūdo dicit q in aliquibus formis manifestum est q non sunt preter substantiam compositā sicut for ma domus non est preter materiam. Forma enī do mus est accidens ⁊ materia domus est substātia. Ac cidens autem non est nisi in substantia. Sed hoc di co nisi accipiatur forma domus vt ars. i. prout est in mente artificis. Sic enim est preter materiam. Sed harū formarū artificialium prout sunt in mente arti/ ficis nec est generatio nec corruptio. Domus eniz q̄ est sine materia i anima ⁊ sanitas ⁊ omnia huiusmo/ di alio modo incipiunt esse ⁊ desinunt q̄z per corru// ptionez ⁊ generationē. s. per disciplinam. aut per in/ uentionē. Sed si alique forme sunt preter substantiaz cōpositā hoc erit verum in formis naturalibus q̄ sub stātie sunt. Unde Plato non male dixit q species. i. forme separate sunt forme que sūt per nām. Dico au tem q nō simpliciter bene dixit. Sed si sunt species alie alique ab istis sensibilibus que sunt caro caput ⁊ huiusmodi q̄ sunt materia vltima substantie pticula/ ris composite q̄ est maxime substantia.

¶ Mouentes quidez igitur cause velut pri us facte existentes: que autem vt ratio simul. Quando enim sanatur homo: tunc etiam sa nitas est ⁊ figura eree spere fit ⁊ erea spera. Si autem posterius aliquid manet pscrutā/ dum est. In quibusdā. n. nihil prohibet: vt si est anima talis nō omnis: sed itellectus nō omne nanque impossibile forsan. Lo.16. Lo.17.

¶ Tertio ostendit q forme vniuersales nō sunt p̄ter substantiam cōpositam. Et circa hoc duo facit. ¶ Pri/ mo manifestat propositū assignans differentiaz inter causas formales ⁊ causas mouētes. Et dicit q cause mouentes preexistunt rebus factis ⁊ hoc necessariuz est q: cause mouētes sunt pricipia motus q terminat ad rē factā. Sed causa formalis que ē cā. q. ratio rei simul incipit esse cuz re cuius ē forma. Tunc enī inci pit esse sanitas qñ homo sanat: ⁊ tunc incipit eē figu ra spere enee quādo fit spa enae. Unde manifestū est q forme nō sūt separate a substātijs cōpositis: q̄ si eēnt separate oporteret q essent sempiterne cū non sint ea rū per se neqz generatio neqz corruptio vt ostensuz ē. Et sic pessent substantijs bis quaz sunt forme. Sed q̄uis forme nō preexistant substantijs compositis p/ scrutandū tn̄ est si aliq̄ forma remaneat posterius co rrupta sustantia cōposita. In quibusdā eniz formis ni hil ꝓhibet q remaneāt post substantiā cōpositā. ¶ Du ta si dicam⁹ animā esse talē non tn̄ omnis aīa sed so/ lus itellect⁹. Forsitan enī ipossibile est omnē animaz esse talem vt remaneat corrupto corpore: q: alie ptes aīe non hnt operationē sine organis corporeis. In tellectus aūt non opatur per organū. Dicit aūt. Fo/ san q: nō erat pñtis intentionis hoc demōstrare. Sz hoc pertinet ad scientiā de aīa. Et sicut alie ptes ani/ me ab itellectu non remanent post substantiā cōposi taz: ita etiā nec alie forme rez corruptibiliū. Cōsiderā dum autē hanc scientiam esse Aristotelis de anima intellectiua q nō fuerit ante corpus vt Plato posuit neqz etiam destruitur destructo corpore vt antiq na/ turales posuerunt non distinguentes inter itellectuz ⁊ sensum. Non enī excipit animā intellectiuam a ge neralitate aliarū formarum quantum ad hoc q for/ me non preexistunt substantijs compositis: sed soluz quantū ad hoc q non remanent post substantias cō

UVA. BHSC. IyR_086_1

positas. Ex quo etiã patet ꝙ nõ potest hoc depraua/ri sicut quidã deprauare conant dicentes intellectuꝫ possibilẽ tantũ vel agentẽ tantũmodo esse incorrupti bilem tamen qꝫ ponunt intellectũ quẽ dicunt esse in/corruptibilem siue sit intellectus possibilis siue agẽs esse quãdam substantiã separatã. Et sic non est forma tamen etiã qꝫ si sit forma sicut remanet corrupto cor/pore ita etiã preexistit corpori. Et quantũ ad hoc nõ esset differentia inter ponentes intellectũ separatũ eẽ formã hominis ⁊ ponentes species separatas eẽ for/mas rerꝫ sensibiliũ: qõ Aristo. hic excludere itendit.

Lo. 81. ¶ Palã itaqꝫ ꝙ non oportet ꝓter hoc esse ideas: hõ enim hominẽ generat: qui singularis aliquod. Similiter autem ⁊ in artibus. Medicinalis enim ars ratio sanitatis est.

¶ Secũdo excludit rationẽ ꝓpter quã ponebãt ide/as separatas. adhuc enim dicebant platonici esse ne cessarium ponere ideas vt substantie particulares sẽ sibiles ad earum similitudines formarẽtur. Sed hoc non est necessariuꝫ: qꝫ in istis inferioribus ꝑuenitur cã sufficiẽs formationis oĩum eorum que fiũt. Mã agẽs naturale agit sibi simile. Homo enim generat ho/minem: non quidem vniuersalis singularem: sed sin gularis singularem. Vnde non est necessarium po/nere hominẽ vniuersalẽ esse separatum a quo hic ho mo singularis formã speciei accipiat vel ꝓcipet. Et similiter manifestũ est in his que fiunt secundũ artez quia ars medicinalis est quedã ratio sãitatis ⁊ simili tudo in anima: vt etiam supra ostensum est.

Lo. 19. c Ause autem ⁊ principia alia aliorũ vt est: aut vt non: si quis dicat vni/uersaliter ⁊ secundum proportio/nem eadem omnium.

¶ Lectio quarta.

p Ostquã pbs determinauit de prin/cipijs substantie sensibilis nũc intendit ingrere vtrũ sint eadẽ ꝓncipia substãtiaꝝ ⁊ aliorꝫ generuꝫ. aut alia ⁊ alia. Manife/stum enim est ꝙ inq̃tum sunt eadẽ assignatis princi/pijs substantie assignata sunt principia oĩum aliorꝫ generũ. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit veri/tatẽ. Secundo subiungit inquisitionez de veritate ꝓ posita ibi. (Dubitabit autem quis). Tertio recapitu lando recolligit veritatẽ ibi. (Querere). Dicit ergo primo ꝙ quodãmodo sũt alia aliorꝫ ⁊ ꝓncipia ⁊ cau se ⁊ quodãmodo sunt eadem oĩm secundũ vniuer/salitatem ⁊ secundũ ꝓportionez.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Dubitabit autez vtiqꝫ aliquis: vtrum al/tera aut eadem sunt principia ⁊ elemẽta sub/stantiarum: ⁊ eorꝫ que sunt ad aliquid ⁊ cu iuslibet catthegoriarum similiter.

¶ Inquirendo. Discutit veritatem premissã. Et cir/ca hoc tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Secũdo obicit ad questionez ibi. (Sed si eadem inconueni/ens). Tertio determinat veritatem ibi. (Aut vt dici mus). Dicit ergo primo ꝙ dubitatio est vtruꝫ substã tiarũ ⁊ eorꝫ q̃ sunt ad aliqd ⁊ similiter aliorꝫ ꝓdicamẽ torũ sint eadẽ ꝓncipia aut alia ⁊ alia. Et ponit specia liter de ad aliqd quia ea que sũt ad aliquid remotio/ra videntur esse a substãtia q̃ alia genera ex eo ꝙ sũt debiliorꝫ esse. Vnde ⁊ substantie inherent median/tibus alijs generibus sicut equale ⁊ inequale duplꝫ ⁊ dimidiũ mediante quantitate: mouens aũt ⁊ mo/tum pater ⁊ filius dominus ⁊ seruus mediante actio ne ⁊ passione. Et hoc ideo quia substantia est ꝙ se exi stens: quantitas autem ⁊ qualitas sunt entia in alio. Sed relatiua non solum sunt in alio sed ad aliud.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed inconueniens si eadẽ omniũ. Ex est/dez enim erunt que ad aliquid ⁊ substantia. Quomodo igitur hoc erit: nã extra substan tiam ⁊ alia predicamẽta nihil est commune. Prius aũt est elementũ q̃ quorũ ẽ elemen tũ. At vero neqꝫ substantia elementũ est eo rũ que ad aliqd: neqꝫ horũ aliqd substãtie.

¶ Obijcit ad ꝓpositam questionẽ. Et ponit duas ra tiones ad ostendenduꝫ ꝙ non sunt eadem principia substantie ⁊ aliorꝫ generum: quarũ prima talis est si eadem sint principia substantie ⁊ aliorũ generũ. aut oportet ꝙ illa principia eadem sint ꝓter substantiam ⁊ alia genera. aut oportet ꝙ sint in genere substãe vel in aliquo alio genere. Sed non potest dici ꝙ sint extra substantiam ⁊ alia predicamenta: quia oporte/ret ꝙ essent priora tam substantia quaz alijs predica mentis. prius enim est principiũ his que sunt a prin/cipio. Cum ergo id quod est prius inueniatur esse cõ muni? sicut animal ẽ prius homĩe: sequitur si aliqd est prius substãtia ⁊ alijs generibus ꝙ aliquid sit cõ/mune substantie ⁊ alijs generibus ⁊ precipue secun dum opinionem platonicorum qui posuerũt vniuer salia esse principia ⁊ vnum ⁊ ens. q. cõmunissima eẽ principia omniuꝫ neqꝫ etiam potest dici ꝙ principia cõmunissima omnium generum sunt genere substan tie. aut in genere ad aliquid vel in aliquo alio gene/re. Cum enim principia sint homogenea his que sunt ab eis: non videtur possibile ꝙ substantia sit princi/pium eorꝫ que sunt ad aliquid aut econuerso. Nõ igi tur eadem sũt principia substantie ⁊ aliorꝫ generũ.

¶ Amplius qũo cõtingit esse oĩum elemen ta eadem. nullum enĩ possibile esse elemento Lo. rum cũ ex elementis cõpositũ idem vt ei qõ est ba. b. aut. a. Nec etiaꝫ intellectualium ele Lo. mentorum vt vnum aut ens. insunt enĩ ea sin gulis compositorum. Nihil igitur erit eorũ nec substantia nec ad aliquid. Sed necessa/rium est principia propinqua esse diuersa. Non sunt igitur oĩum eadem elementa. Lo.

¶ Secundã rationẽ ponit ibi. Que talis est. Nullũ elementũ est idem cum eo quod ex elementis est cõ positum quia nihil est causa aut elementũ suiipsius. Sicut huius syllabe. ba. elementũ est b littera. b. aut a. Et quia videbatur hoc habere instantiã in princi/pijs a Platone positis que sũt vnũ ⁊ ens eo ꝙ vnũ quodꝫ ꝓncipiatorũ est vnuꝫ ⁊ ens. ideo consequen ter hoc excludit: dicens ꝙ neqꝫ etiam intellectualiuꝫ elementorꝫ que sũt vnũ ⁊ ens possibile ẽ aliquod esse idem cum his que sunt ex elemẽtis. Vocat aũt ea in tellectualia qꝫ vniuersalia intellectu percipiunt. Et quia plato ea ponebat separata a sensibilib⁹ ⁊ ꝙ hu/iusmodi elementa sint acta ab eis quoruꝫ sũt elemen ta. probat quia huiusmodi elemẽta. i. vnum ⁊ ens in sunt singulis compositorꝫ ex eis: nullum aũt cõposito ruꝫ ex eis inest alijs. Vnde patet ꝙ ⁊ ista elemẽta dif ferunt ab his que sũt cõposita ex eis. Si igit verũ est ꝙ elementa non sũt idem cũ his que sũt ex elemẽtis eadem sunt elementa substantiaꝝ ⁊ aliorũ generum ꝓsequit ꝙ nihil eorũ sit in genere substantie neqꝫ in alijs generibus. Sed hoc est impossibile: ga necesse est omne ꝙ est esse in aliquo genere. Non igitur pos sibile est ꝙ sint eadem principia oĩum.

¶ Deinde cum dicit.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶Aūt dicimus est quidem vt ēst.est aūtem vt non.pūta forsan sensibiliū corporū. vt q/dem species calidū ⁊ alio mō frigidū priua/tio.¶Materia vero qō potētia hec primū se/cūdū se.Substātia vero ⁊ hec ⁊ que ex bis quorū sunt principia.hoc autē siquidē ex cal/do ⁊ frigido fit vnū vt caro aut os. alterum enī necesse est ab illis esse qō factū ē.¶Horuz igit eadē elemēta ⁊ principia.aliorūz vō alia. ¶Hium aūt ita qdē dicere nō ē sz ꝓportiona liter.quēadmoduz siquis dicat qz principia sūt tria species ⁊ ꝑuatio ⁊ materia.sz horuz vnūqōque alterū circa genꝰ vnūqōque ē.vt in colore album.nigrum. superficies in ge/nere distinctionis temporum vt tenebre lu/men.aer ex bis autem dies ⁊ nox.

¶Solvit propositam dubitationē.Et circa hoc duo facit.¶Primo ostendit qꝺ eadez sunt principia omniū proportionaliter.secūdo qꝺ eadem sunt vniuersaliter ibi.(Amplius autem videre ⁊c.).¶Hec enī duo.s.ꝑ posuerat: dicens qꝺ principia sunt eadem omniū vni uersaliter ⁊ secundum proportionem. ¶Prima pars diuiditur in duas partes secundum qꝺ duos modos assignat quibus proportionaliter sunt eadem princi pia omniuz.Secūda incipit ibi.(Amplius autē alio modo).Circa primuz duo facit.¶Primo ostēdit quo modo proportionaliter sunt eadez:secūdo qūo ⁊ sim pliciter sint eadez principia omniū.ꝑma ibi.(Ampli us preter ß).Circa primum duo facit. ¶Primo osten dit qꝺ proportionaliter sunt eadē principia omnium quantū ad causas intrinsecas.Secūdo quātū ad cau sas intrinsecas ⁊ extrinsecas simul ibi.(Sed quoniā non solū).Dicit ergo primo qꝺ quodammodo est ve rum dicere omniū eadez principia ⁊ quodammodo non.Et hoc ostendit dicens. Sicut si ponamus qꝺ sē sibilium corporū sit principiū tanq̄ species ⁊ forma caliduz ⁊ tanq̄ priuatio frigidū ⁊ materia sensibiliū corporū sit id quod est secundūz se in potentia ad hec duo.Nam materia secūdū se sumpta est principium susceptiuū forme ⁊ priuationis. Dicit autez. Forsan quia calidum non est forma substantialis corporum sensibilium neqz frigiduz est priuatio.sed ambo sunt q̄litates.Utiē tñ eis tanq̄ forma ⁊ priuatione in gñe substātie ad maiorē manifestationē.Uñ subiūgit qꝺ ⁊ huiusmodi principia sunt substātie nō sicut species in genere sed sicut principia.Et utez illa q̄ sūt ex bis quo rū ß sūt principia.s. ignis ex aqua ac si intelligamus qꝺ ignis ꝓponat ex calo sicut forma ⁊ ꝓpria materia ⁊ aqua ex frigido sicut ex priuatione ⁊ mā.aut ēt si ali quid vnū fit ex calido ⁊ frigido commixtis eoz sunt predicta principia.s.calidū ⁊ frigidū ⁊ materia eoz quia necesse est id quod fit ex calido ⁊ frigido esse ali qd diuersū ab illis.s.calido ⁊ frigido ⁊ a primis coz poribus quorum imaginamur ß esse formas.Sic igi tur horū.s.simplicium corporū ⁊ compositorū ex eis sūt eadem principia ⁊ elemēta. Sed aliorū sunt alia proxima principia. Non autem omniū sunt eadē ni/si ꝓportionaliter.Sicut si aliquis dicat qꝺ sicut pre/dicta tria.s.calidū ⁊ frigiduz ⁊ subiectū eorum se ba bent in generatione corporum simplicium vt forma ⁊ ꝑuatio ⁊ materia.ita i quolibz alio genere illa tria sūt que se habent vt forma priuatio ⁊ materia. Sed ista diuersa sunt in diuersis generibus.Sicut in gene re colorum album est sicut species nigruz sicut priua tio ⁊ superficies sicut materia ⁊ subiectum ⁊ in gene re distictionis tēporū lumē est sicut species: tenebre sicut priuatio: aer sicut materia ⁊ subiectum. Ex qui/bus tribus principijs constituuntur dies ⁊ nox.

¶Deinde cum dicit.

¶Quoniā aūt nō solū q̄ insunt cause: sed ⁊ eorū q̄ extra: vtputa mouēs. ¶Palā qz alte/rū principiuz ⁊ elementū.cause vere ābo.⁊ in hec diuiditur principiū.Qō vo aut mo/uens aut fistēs principiū est quoddā.Qua/re elemēta secundū analogiā tria. cause autē ⁊ ꝓncipia quattuor.aliud vero in alio ⁊ ꝓma cā.Quare mouēs aliud alii sanitas infirmi/tas corpus mouēs medicatiua species inor dinatio talis lateres mouēs hedificatoria. ⁊ in ea diuiditur principium. Lec.23.

¶Ostendit idem in causis extrinsecis. Et circa hoc duo facit.¶Primo enī ostendit qꝺ putando tam cau sas intrinsecas q̄z extrinsecas sūt quattuor ꝓportiona liter omniū. Secūdo quomodo reducuntur ad tres ibi.(Quoniam vero mouens).Dicit ergo primo qꝺ qz nō solū sunt cause ea que dicta sūt intrinseca rei sz etiā ea q̄ sūt extra rez sicut mouens: manifestum est qꝺ principium ⁊ elementum differunt. Mā principiuz proprie dicitur quod est extra sicut mouens. Maz ab eo est principium motus.Elementum autez proprie dicitur causa intrinseca ex qua cōstituit res. Sed am bo dicūtur cause scilicet taz principia extrinseca q̄z in trinseca.Et principiū quodammodo diuiditur in ea scilicet intrinsecas causas ⁊ extrinsecas. Sunt enī q̄ dam principia intrinseca: vt in.v.oñsuz est. Sicut fū damentum est principium domus secūdū materiaz ⁊ aīal hois secundum formam. Sed id quod ē mo/uens.aut fistēs idest quiescere faciens est principium quoddā sed non est ex im qz ex im ē ex quo fit aliquid ⁊ est in eo vt habitum est in.v. Sic igitur mānifestuz est qꝺ secundum analogiam idest proportionem tria sūt elementa omniū idest materia forma ⁊ priuatio. Di cuntur enim priuationes esse elementū non per se sz per accidens: quia.s.materia cui accidit est elemētū. Materia enim sub vna forma existens habet in se ꝑ uationem alterius forme. Sed cause ⁊ principia sūt quattuor vt addamus tribus elementis causaz mouē tem. Non facit autem mentionem de causa finali: qz finis non est principium nisi secūdum qꝺ est in inten tione mouentis. Sic igitur cause ⁊ principia omniuz secunduz anologiam sunt quattuor: scilicet materia ⁊ forma ⁊ priuatio ⁊ principium mouens. Non tamē hec sunt eadem in oībus sed alia in alijs. Sicut enim supra dictum est qꝺ species ⁊ materia ⁊ priuatio sunt alia in alijs.ita etiaz prima causarum que ē quasi mo uens est alia in alijs.Et hoc manifestat per exemplū sicut in sanatis sanitas est sicut forma: infirmitas sicut priuatio: corpus sicut materia: sicut mouēs autez ars medicinalis. In hedificatiuis autē est species domꝰ sicut forma inordiatio talis idest opposita ordini quē requirit domꝰ est priuatio ⁊ lateres autem sicut mate ria: mouens autē est ars hedificatoria.Et sic in ista q̄/tuor diuiditur principium. Lec.2.

¶Deinde cum dicit.

¶Quoniā aūt mouēs in physicis qdā bō: i his aūt que a mente species aut cōtrariū mo do quodā tres vtique erūt cause: sic aūt q̄ttu or. Mā sanitas aliqualiter medicinalis ⁊ do mus spēs hedificatoria ⁊ hō hoiez medicīa lis ⁊ domꝰ species hedificatoria ⁊ homo ho minem generat. Lec.24.

UVA. BHSC. IyR_086_1

¶ Reducit predicta quattuor ad tria eo ꝙ mouēs ⁊ forma reducunt in idē specie tam in artificialib⁹ ꝙ̄ in nālibus. Dicit ergo ꝙ̄ qz mouēs in nālib⁹ est hō inq̄tum habet formā ⁊ in his q̄ fiunt a mente siue intellectu mouens est speties cōcepta ab intellectu. aut etiā cōtrariū speciei per cuius remotionē species inducit manifestū est ꝙ quodāmodo tres erūt cause in quātū mouēs ⁊ forma sunt idez specie. Quodā vo modo erūt quattuor inquantū scilicet differūt numero. Sanitas enim aliqualiter est ipsa ars medicinalis ⁊ forma domus quodāmodo est ipsa ars hedificatoria in quātū scilicet ipsa ars ē similitudo q̄dā ⁊ rō forme q̄ est in mā. Et similiē in reb⁹ q̄ generant in generāte i uenit̄ silitudo forme generati. Hō enī generat hoiez.

¶ Deinde cum dicit.

Lo.25. ¶ Amplius autem preter hec vt primum omnium mouens omnia.

¶ Ostendit ꝙ licet prima principia non sunt eadē in oībus scōz rē sed solū ꝟz proportionē. pria tri principia sunt simplicit eadē oiuz. Et hoc ostēdit quātū ad tria. Primo quidē ꝙ̄tum ad hoc ꝙ inter causas quattuor assignatas mouēs ē causa prima qz mouēs est qō facit esse formā vel priuationē in mā. In gne aūt mouētiū est deuenire ad aliqō vnū mouēs vt oñsuz ē i libro viij. phyticoz. Id igit primū mouēs vnū ⁊ idem est

Lec.9. principium omnium.

¶ Quoniam autem sunt hec quidem separabilia: substantie ille: ⁊ propter hoc omnium cause hec: quia sine substantiis non sunt passiones ⁊ motus.

¶ Secundo ibi. Ostēdit idē secūdū aliud. Entiū enī quedā sunt separabilia scilicet substātie. Alia sūt inseparabilia scilicet accidentia quia passiones ⁊ motus ⁊ huiusmodi accidentia non possunt esse sine substantijs. Unde manifestum est ꝙ principia prima in generatione substantie sunt etiam cause omnium aliorum generum non solum quantum ad primā causam mouentem sed etiam quantuz ad causas intrinsecas. Nam materia ⁊ forma subē sunt cause accidentiuz.

¶ Deinde erunt hec oia aīa forsan ⁊ corp⁹ aut intellectus ⁊ appetitus ⁊ corpus.

¶ Tertio ibi. Ostendit vlterius ꝙ etiā in genere substantie est deuenire in aliqua prima. Nam prima pncipia in genere substantiarū sunt substantie viuentes animate secundum opin. Aristotelis ponētis celestia corpora animata ⁊ sic prima principia in genere substantie vt materia ⁊ forma erunt anima ⁊ corpus vel etiam corpus ⁊ intellectus vel desiderium. Nā anima corporis celestis si sit animatum non habet alias partes anime nisi intellectum ⁊ appetitum. Alie enī partes ordinantur ad cōseruationem corpoū generabiliū ⁊ corruptibiliū. Intellectus etiam ⁊ desideriuz habet rationē cause mouētis.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autez alio modo proportionaliter principia eadem vt actus ⁊ potētia. Sz

Lo.26. ⁊ hec alia quia aliis ⁊ aliter: in quibusdam quidem. n. idem quandoq̄ est actu: quandoq̄ potentia vt vinum aut caro aut homo. Cadunt autem ⁊ hec in dictas causas. Actꝰ quidem. n. species si sit separabilis: ⁊ ꝙ ex ambobus priuatio vero vt tenebre aut laborans: potentia autem materia: hec enīz est ꝙ potest fieri ambo: aliter autez actu et potestate differunt quorum non est eadem materia: ⁊ quorum non est eadem species sed altera. Quemadmodum hominis causa elementa ignis ⁊ terra vt materia ⁊ spēs ppria: ⁊ si qd aliud extra vt pater ⁊ p̄ter hec sol ⁊ obliquꝰ circulus: neq̄ materia entia neq̄ spēs neq̄ priuatio neque forma sed mouentia.

¶ Ponit alium modum secundum quem sunt eadē principia oīum proportiōaliter. ⁊ dicit ꝙ aliomodo sunt eadē principia oīum proportionaliter ita ꝙ dicamus ꝙ actus ⁊ potentia sunt principia oīum. Sz in hoc est differentia ꝙ̄tū ad duo. Uno qdē modo qz alia potētia ⁊ alius actus sunt pncipia in diuersis rebus. Alio modo quia aliter inuenit̄ potētia ⁊ actus in quibusdā. ⁊ aliter in aliis. Et hoc scōm. Primo manifestat dicens ꝙ in qbusdā idē q̄q̄z est in actu ⁊ q̄q̄ que in potentia vt patet in omnibus generabilibus ⁊ corruptibilibus ⁊ mobilibus ⁊ cōtingētib⁹ sicut vinū ⁊ caro ⁊ hō quādoq̄z sunt in actu q̄nque etiā in potētia. Quedā vero semp sunt in actu sic vt substātie sempiterne. Et qz dixerat hūc modū quo proportionalit sunt pncipia eadē oīum esse aliū modū a preassignato cōsequenter oñdit qūo reducant in idē. Et hoc est ꝙ dicit ꝙ̄ hec scilicet actus ⁊ potētia cadūt in predictas causas q̄ sūt forma priuatio mā ⁊ mouēs: ga forma ē actus siue sit separabilis a cōposito vt platonici posuerūt ⁊ etiā si sit aliqd cōpositū ex ambob⁹ scilicet mā ⁊ forma. Et similiter priuatio est quodammodo actus vt tenebre. aut laborās idest infirmū. Mā vo ē in potētia qa ipsa scōm se potest fieri sub ambob⁹ scilicet sub forma ⁊ priuatione Sic igit manifestū ē ꝙ actus ⁊ potētia in idē redeunt cū mā ⁊ forma ⁊ priuatione. Et qz actus ⁊ potētia in diuersis sunt vno mō differūt qz nō similiter est in oībus ꝟz aliter ⁊ aliter ⁊ quia dixerat ꝙ nō solū aliter est potētia ⁊ actus in diuersis. sed etiā sunt alia in alijs. Hoc cōsequēter exponit ibi. Aliter autē actu dicēs ꝙ alio mō potētia ⁊ actus differūt in diuersis quorū nō est eadē mā q̄ est potētia ⁊ quaz nō est eadē species q̄ est actus sed diuersa. Sicut hominis causa vt materia elementa scilicet ignis ⁊c. ⁊ causa vt forma species ppria scilicz aīa ⁊ causa mouens est aliquod extrinsecum sicut pater est causa mouēs propinqua ⁊ causa remota sol. ⁊ obliquus circulus idest zodyacus in quo mouetur sol. ⁊ alij planete qui suo motu causant generationez ⁊ corruptionem in istis inferioribus. Huiusmodi autem cause extrinsece neq̄z sunt materie neq̄z forme neq̄z priuatio neq̄z aliqd conforme eis. aut eiusdem speciei vt possit dici ꝙ reducunt ad has causas sicut actꝰ ⁊ potētia sed sunt in alio genere cause ē quia sunt mouentia ⁊ ipsa etiā reducuntur in actum. Alia vero ab homine. Habent materiam aliam propriam ⁊ aliā formam propriam ⁊ aliquod agens proprium.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem videre oportet quod hec quidem vniuersaliter est dicere: hoc autem non. Omnium enim prima principia ꝙ actu primum hoc: ⁊ aliud ꝙ potentia. Illa quidem igitur vniuersalia non sunt: principium enim singularium singulare: homo quidem est hominis vniuersaliter: sed non est verus pilleus Achillis. Tu vero pater es huius syllabe bab. ⁊ a siue toraliter siue particulariter. Deinde iam que substantiarum alie aut aliorum cause ⁊ elementa sicut dictum est. Eorum que non in eodem genere colo-

UVA. BHSC. IyR_086_1

rum ⁊ sonorum ⁊ subst̃iarum ⁊ quãtitatis
preter quaz proportionaliter: ⁊ eorũ que sũt
in eadez specie diuersa nõ specie. Sed quia
singulariter neqz aliud tua materia ⁊ spes ⁊
mouẽs ⁊ mea: vniuersali aũt ratõe eadez.

¶ Quia iam ostensum est q̃ sunt eadẽ principia om-
nium proportionaliter: vult ostendere quomodo sunt
omnium eadem vniuersaliter. Utrũqz enim supra di
cum fuit. Dicit ergo q̃ oportet videre q̃ principia
aliqua dicuntur vniuersaliter ⁊ aliqua nõ vniuersali
ter. Et p̃ma principia maxime vniuersaliter significa
nt actus ⁊ potẽtia. Nam hec diuidũt ens inquãtũ
huiusmodi. Hec autem dicuntur principia vniuersa
lia quia vniuersaliter significãtur ⁊ intelliguntur: nõ
quia ipsa vniuersalia subsistẽtia principia sint vt pla-
tonici posuerũt q: singulariũ nõ potest esse aliqd̃ pri
cipium nisi singulare. Uniuersale enim p̃cipium est
effectus vniuersaliter accepti: vt homo hominis. Sz
cum nõ sit aliquis homo vniuersaliter subsistens non
erit aliquod p̃cipium vniuersale hominis vniuersa
lis: sed solũ hoc ꝑticulare hui⁹ particularis sicut sicut
Peleus Achillis est pater eius. Et hec littera. b. hu-
ius syllabe. ba. Sed. b. vniuersaliter acceptum est p̃n
cipium eius qd̃ est ba. vniuersaliter accepti. Sic igi-
tur p̃ncipia vniuersaliter significata sũt eadem omni
um. Deinde inducit aliũ modum secundum quẽ p̃n
cipia substãtiaz sunt vniuersaliter omnium inquan-
tum accidẽtia ex substãtijs causant. Sicut antẽ act⁹ ⁊
potẽtia sunt vlr principia omnium q: consequuntur
ens cõmune. ita opz q̃ secũdum q̃ descendit cõmu-
nitas p̃cipiatorum descendat cõmunitas principio
rum. Eorum enĩ que nõ sunt in eodẽ genere: puta co
lorum sonorum subst̃iarum ⁊ quãtitatis sũt alie cau
se ⁊ elemẽta: vt dictũ est p̃terqz ꝓportionaliter sint
eadem omnium. Eorũ antẽ que sũt in eadem spẽ: sed
diuersa secũdum numerum sũt diuersa principia nõ
specie sed numero. Sicut aliud est materia tua ⁊ for-
ma ⁊ mouens ⁊ aliud mea. Sz ꝑm vniuersalẽ rõnez
sunt eadẽ. Naz aĩa ⁊ corpus sũt materia ⁊ forma ho
minis. Huius antẽ hominis hec aĩa ⁊ hoc corpus.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Querere vo q̃ p̃cipia aut elemẽta substantiarum ⁊ ad aliquid ⁊ qualitatuz vtrum
eadem aut diuersa. Palam quia multipliciter dictorum sũt vniuscuiusqz: diuersorũ vo
nõ eadẽ sed altera preterquã sic ⁊ oĩũm sic q
dem eadez: aut eo q̃ proportionaliter: quia
materia species priuatio mouens. Et sic sub
stantiarum causę vt causę omniũ: qa destruũ
tur destructis. Amplius q̃ primũ endele-
chia. Si aũt altera prima q̃cunqz cõtraria q̃
nec vt genera dicunt nec vt multipliciter di-
cuntur adhuc materie. Que qdez igitur p̃ĩ
cipia sensibilium: ⁊ quot ⁊ quomodo eadez:
⁊ quomodo altera dictũ est.

¶ Recapitulat ea que dicta sũt in hoc capitulo. Di
cit ergo q̃ querere vtrũ sint eadez principia ⁊ elemẽ
ta substãtiaz ⁊ ad aliqd̃ ⁊ qualitatũ ⁊ aliorz generum
aut diuersa est querere de multipliciter dictis eq: di-
uersorum nõ sunt eadez p̃cipia sed diuersa nisi quo
dãmodo. Omnium enĩ quodammodo sũt eadẽ prin
cipia. aut secũdum ꝓportionem sicut si dicamus q̃ in
quolibet genere ineniunt aliqua que se habẽt vt ma-
teria ⁊ forma ⁊ priuatio ⁊ mouẽs: aut eo q̃ cause sub
stantiarum sunt cause omniuz: q: destructis eis. alia
destruũtur. Aut q: principia sunt ⁊ endelichia idest
actus ⁊ potẽtia. Istis aũt tribus modis sũt eadez p̃n-
cipia oĩz. Alio aũt mõ sũt diuersa principia q: cõtra
ria que sũt principia rez ⁊ ipsa materia nõ vnioce
dicũtur: q: nõ sunt genera. Nec ẽt dicũtur multipliciter quasi equiuoca. Et iõ non possumus dicere q̃ sũt
eadem simpliciter: sed ꝑm analogiam. Ultimo antẽ
concludit quod dictũ est quot sunt principia sensibili
um ⁊ quomodo sunt eadem aut diuersa.

Uoniam aũt tres erant substantie:
q due qdẽm que physice: ⁊ vna q̃ im-
mobilis: de hac dicendũ est: quia ne
cesse est esse sempiternam aliquam substanti
am immobilem. Nam substantie prime en
tium ⁊ si omnes corruptibiles: omnia corru
ptibilia. Sed impossibile motũ aut fieri aut
corrumpi. Semper enim erat nec tempus:
nec enĩz possibile prius ⁊ posterius esse: cũ
non sit tempus ⁊ mot⁹. Ergo sic est cõtinu⁹
vt temp⁹: aut enim idez: aut mot⁹ est aliqua
passio: motus aũt non est continu⁹: nisi q̃ se
cundũ locũ: ⁊ hui⁹ q̃ circulo.

¶ Lectio quinta.

p Ostquam philosophus ostẽdit q̃
sũt p̃ncipia substantie
sensibilis. Hic incipit determinare de sub-
stantijs ĩmobilibus a materia separatis. Et diuiditur
in ꝑtes duas. In p̃ma determinat de hmõi substan-
tijs secundum propriã opinionẽ. In scõa fz opinionẽ
alioꝝ in sequẽti libro ibi. (De sensibili quidem igit
subã). Prĩa in duas. In p̃ma oñdit eẽ aliquã substã-
tiam sempiternã ĩmobilem a materia separatã. In se
cunda iquirit cõditionẽ huius substãtie ibi. (Monet
autẽ). Circa p̃mũ tria facit. Prĩo ostendit esse aliquã
substantiã sempiternã. In secunda pertractat quãdaz
questionẽ ex dictis occasionatã ibi. (Quãnis dubita-
tio). Tertio ex solutõe questionis mote pcedit ad ma
nifestationẽ veritatis p̃us ĩnẽte ibi. (Quare nõ fuit in
finito tẽpore). Circa p̃mum duo facit. Prĩo ostendit
q̃ necesse est ponere aliquã substãtiam sempiternaz.
Secũdo ostẽdit qualem oportet esse illam substãtiam
ibi. (Sed si fuerit motuum). Dicit ergo p̃mo q̃ su-
pra dictũ est q̃ tres sũt substãtie: quaz due sũt substã- Lect. 2.
tie naturales q: sunt cum motu vna sempiterna vt ce
lum alia corruptibilis vt plãte aĩalia ⁊ preter has. est
tertia que est ĩmobilis que nõ est naturalis de hac di
cendũ est nũc. Ad cuius cõsideratõem opz p̃us ostẽ
dere q̃ necesse est eẽ aliquaz substãtiam sempiternaz
ĩmobilem. Quod sic probat. Substãtie sunt p̃me iter
entia: vt supra ostẽsum est. Destructis aũt p̃mis nihil
remanet alioꝝ. Si igitur nulla substãtia est sempiter
na: sed omnes sũt corruptibiles: sequet̃ q̃ nihil sit sẽ-
piternum: sed oĩa sint corruptibilia. idest nõ semp exi Lect. 1.
stentia. Sed hoc est ipossibile: ergo necesse est eẽ ali-
quam substantiam sempiternã. Quod aũt ipossibile
sit nihil esse sempiternũ. probat ex hoc q̃ ipossibile ẽ
motum fieri: aut corrumpi idest de nouo icepisse: aut
quãdoqz totaliter desituꝝ esse. Ostẽsum est enĩ in octa
uo physicorũ q̃ motus est sempiternus simpliciter. ⁊
videtur ipossibile q̃ tempus nõ sit sempiternũ: quia
si tẽpus aliquãdo icepit: aut aliquãdo definet: sequet̃
q̃ p̃us fuerit nõ esse tẽporis q̃s tempus ⁊ itez q̃ poste Lec. 2.
rius erit non esse temporis q̃s tempus. Sed hoc non
potest esse vt videt̃ q: non est possibile esse p̃us ⁊ po-
sterius nisi sit tẽpus cuz nihil aliud sit tempus nisi nu
merus p̃oris ⁊ posterioris in motu. Et sic sequet̃ q̃ tẽ
pus fuerit anteqũ iciperet esse ⁊ q̃ sit posteqũ eẽ, desierit

UVA. BHSC. IyR_086_1

Uidetur igit necesse esse ꝙ tẽpus sit sempiternũ. Et si tẽpus est continuũ ⁊ sempiternũ: necesse est ꝙ motus sit cõtinuus ⁊ sempiternus: q; motus ⁊ tẽpus: aut sũt idem vt qdam posuerũt aut tempus est aliqua passio motus vt rei veritas habet. Est enĩ tẽpus numerus motus: vt patet in quarto physicoꝝ. Sed tamen non est accipiẽdum de oĩ motu ꝙ possit esse sempiternus
Lec. 15 ⁊ cõtinuus. Nõ enĩ hoc potest esse verum nisi de motu locali. ⁊ inter motus locales solũ de motu circula-
Lec. 12. ri: vt probatur in octauo physicorum.

¶ Deinde cum dicit.

Lo. 30. ¶ At vero si fuerit motiuum aut effectiuuz: non operans autez aliquid non erit motus. Contingit enĩz potentiaz habens non agere. Nihil ergo prodest nec si substantias faciamus sempiternas: quẽadmoduz qui species si non aliqua potens inerit principiuz transmutari: non ergo neqz ipsa sufficiens: neqz alia substantia preter species. Naz si non egerit non erit motus eternus.

¶ Ostẽdit cuiusmodi substãtiam. necesse est esse sempiternam. Et circa hoc tria facit. ¶ Primo ꝙ ad sempiternitatem motus substinẽdam necesse est ponere substantiam sempiternam semp monẽtem vel agẽtez: dicens ꝙ cũ necesse sit si motus est sempitern⁹ ꝙ sit substantia motiua ⁊ effectiua sempiterna vlterius oportet ꝙ sit mouẽs ⁊ agẽs in actu semp: q; si esset motiua aut effectiua. ideſt potẽs mouere ⁊ efficere motum ⁊ nõ agens in actu: sequeret ꝙ nõ esset motus in actu. Nõ enĩ est necessarium si habeat potẽtiam monẽdi. ꝙ moueat in actu. Contingit enĩ id quod habet potẽtiam agẽdi nõ agere. Et ita motus nõ erit sempiternus: ad hoc igit ꝙ motus sit sempiternus: necesse est ponere aliquã substãtiam sempiternã mouẽtez ⁊ agẽtem in actu. Ex quo cõsequẽter concludit: cum dicit. Nihil ergo pdest opinio ¶ Platonis ponẽtis substãtias sempiternas: que est ĩsufficiens ad substinẽdũ sempiternitatẽ motus. Non enĩ ad hoc substinẽdum pro-
desť si fingamus aliquas substãtias separatas sempiternas nisi in eis sit aliqõ ꝓncipium habens potẽtiaz ad trãsmutãdum quod nõ videtur cõuenire specieb⁹ Species. n. nihil aliud ponebať q̃ vniuersalia separata. Uniuersalia aũt iquantũ huiusmodi nõ monẽt. Nam omne ꝓncipium actiuũ vel motiuũ est aliqõ singulare: vt supra dictũ est. Sic igit nec spẽs sũt sufficiẽtes ad sempiternitatẽ motus seruãdã nec alia substantia separata preter spẽs sicut qdam posuerũt mathematica iquãtum huiusmodi sũt ꝓncipia motus. ⁊
Lec. 4. si nõ sit aliqua substantia sempiterna agẽs nõ est motus sempiternus: quia motus ꝓncipiũ est aliqua substantia sempiterna mouens ⁊ agẽs.

¶ Adhuc neqz aget substantia autez ipsius potentia non erat motus eternus: contingit enĩz quod potentia est nõ esse. Oportet igit esse ꝓncipiuz tale: cuius substantia est act⁹.

¶ Secundo ibi. Ostẽdit vlterius ꝙ oportet ad sempiternitatem motus ꝙ nõ soluz sit aliqua substãtia sempiterna mouẽs ⁊ agẽs. sed etiam ꝙ eius substantia sit actus. Dicit ergo ꝙ neqz est sufficiẽs ad sempiternitatem motus si substãtia sempiterna agat: si tamẽ secundum suam substãtiam sit ipotentia sicut si ponamus ꝑma ꝓncipia esse ignẽ aut aquam secũdum positionez antiquoꝝ naturaliũ. Non enĩ poterit esse motus sempiternus: si enĩ sit tale mouẽs: in cuius substãtia admiscetur potẽtia cõtinget id nõ esse: q̃ ꝙ est in potẽtia cõtingit nõ esse: ⁊ per consequẽs continget ꝙ motus nõ sit. Et sic mot⁹ nõ erit ex necessitate ⁊ sempitern⁹. Relinquit ergo ꝙ oz esse aliquod ꝑmum ꝓncipiuz motus tale cui⁹ substantia nõ sit in potẽtia sed sit act⁹ tãtũ.

¶ Amplius igitur tales oportet esse substãtias sine materia: sempiternas enĩ esse opz: si ⁊ aliquid aliud sempiternum actu.

¶ Tertia ibi. Concludit vlterius ꝙ oportet huiusmodi substãtiam esse ĩmaterialẽ. Dicit ergo ꝙ amplius ex predictis: sequit ꝙ huiusmodi substãtias que sunt ꝓncipia motus sempiterni oportet esse sine materia. Nã materia est in potẽtia. Oportet igit eas esse sempiternas si aliquid aliud est sempiternum: vtpote motus ⁊ tempus. Et sic sequtur ꝙ sint in actu. Hoc autẽ vltimo cõcludit propter dubitationem quaz consequẽter inducet. Ex hoc igit processu: manifestum est ꝙ Aris. hic firmiter opinatus est ⁊ credidit necessarium fore. ꝙ motus sit sempiternus ⁊ similiter tempus. Aliter enĩ nõ fundasset super hoc intẽtionẽ suam de iquisitione substantiarum ĩmaterialium. Sed tamen sciẽdus ꝙ rationes ab eo iducte in. viij. phycorum ex quarum suppõne hic procedit nõ sunt demonstrationes simpliciter sed probabiles rationes nisi forte sint demonstrationes cõtra põnes antiquoꝝ naturalium de incẽptione motus quas destruere intẽdit. Et pretermissis alijs rationibus quas hic nõ tãgit: manifestũ ẽ ꝙ rõ quam hic posuit ad probandum sempiternitatem tẽporis nõ est demonstratiua. Non. n. si ponimus tẽs quandoqz incepisse oportet ponere ꝓius nisi qd imaginatũ. Sicut cuz dicimus ꝙ extra celũ nõ ẽ corꝑ⁹ ꝙ dicim⁹ ex nõ ẽ nisi qd imaginatũ: sicut igit ex celũ nõ oz ponere locum: cuius extra videatur locũ significare: ita nõ est necessarium ꝙ tempus sit ꝓius q̃ incipiat vel postq̃ desinet: licet ꝓius ⁊ posterius videantur tempus significare. Sed q̃uis rationes probantes sempiternitatem motus ⁊ temporis non sint demonstratiue ⁊ ex necessitate: concludentes tamen ea que hic probantur de sempiternitate ⁊ immaterialitate motus ꝑme substantie ex necessitate sequuntur quia si non fuerit mundus eternus: necesse ẽ ꝙ fuerit productus in esse ab aliquo preexistente. Et si hoc nõ sit eternum: opz iterũ ꝙ sit productũ ab aliquo. Et cũ hoc nõ possit procedere in infinitum: vt supra in secũdo probatum ẽ: necesse ẽ ponere aliquam substam sempiternam in cuius suba non sit potentia. ⁊ per consequens in materialem.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Igitur q̃uis dubitatio: videť enĩz agens quidem omne posse: potens vero non omne agere: quare ꝓius esse potentiaz.

¶ Mouet quandam dubitationem circa predeterminata. Et est dubitatio vtrum actus sit simpliciter ꝓior potentia vt possit poni ꝑmum ꝓncipium rerum ẽ tale cui⁹ substantia sit actus. Et circa hoc tria facit. ¶ Primo ponit rationem ad ostendendum falsũ scilicet ꝙ potentia sit ꝓior actu. Secundo ponit rationem in contrariũ ibi. (Sed si hoc nihil erit). Tertio solvit dubitationem ibi. (¶ Potentiam quidez igitur). Dicit ergo primo ꝙ dictum ẽ ꝙ substantia sempiterna est actus: quãuis de hoc sit dubitatio. Uidetur enim potentia simpliciter esse ꝓior actu. Naz prius est a quo non conuertitur consequentia essendi. Hoc autem modo videtur potẽtia se habere ad actũ: quia omne agens videtur posse agere: sed nõ omne qõ pốt agere agit. Quare videť ꝙ potẽtia sit ꝓior actu.

¶ Deinde cum dicit.

¶ At vero si hoc nihil erit entium. Contingit enim quidem posse esse: nondum vo esse. Et etiam sicut dicunt theologi qui ex nocte generant: aut vt physici erant simul res om

UVA. BHSC. IyR_086_1

nes dicunt idem impossibile. quomodo enim mouebuntur: si non fuerit actu aliqua causa. Non enim materia ipsa seipsam mouebit: sed thectonica: nec menstrua nec terra: sed semina et genitura.

¶ Ponit rationem in contrarium. Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem ducentem ad impossibile: dicens q̄ si potentia sit simpliciter prior actu: sequitur q̄ aliquando nihil sit contingens. Esto enim q̄ aliquid possit esse: sed nōdum sit. et ita si prima entia sunt in potentia: sequitur q̄ non sunt actu. Et sic nihil aliorum erit. Et hoc quidem conuenit tripliciter. Uno modo secundum opinionem quorundam antiquoz qui vocabantur poete theologi sicut. sicut Orpheus et quidam alij qui ponebant mundum esse generatum ex nocte idest simplici priuatione preexistente. Alio modo posteriores naturales sicut physici naturales eos sequentes qui cum viderent q̄ secundum naturam nihil fit ex nihilo: posuerūt oia esse simul in quadam confusione quam vocabant chaos sicut posuit Anaxa. Et sic ponebant omnia esse in potētia: nō autem in actu. Sed siue hoc modo siue illo dicatur: sequitur idem impossibile si potentia simpliciter sit p̄ or actu. Illa enim que sunt in potentia tantū siue sint omnino sub priuatione siue sint in quadam confusione non poterunt moueri vt reducantur in actum nisi sit aliqua causa mouens in actu existens quia materia in artificialibus non mouet seipsam sed ipsaz mouet agens. Thectonica idest ars nec menstrua q̄ sunt materia in generatione animalis mouent seipsa: sed mouet ea genitura. i. semen animalis nec terra que ē materia in generatione plantarum mouet seipsaz. sed mouent eaz spermata. idest semina plantaruz.

¶ Propter quod faciunt quidam semper actum: et Leucippus et Plato. Semper enī dicunt esse motum: sed quare et quoniaz non dicunt: nec fit nec causam: nihil enim vt contingit mouetur: sed oportet semper aliqd existere: quēadmoduz nunc natura quidē fit: vi vero aut ab intellectu aut ab alio fit: deinde qualis prior. Differt enim inaptabile quod dictum est. At vō nec Platonem possibile dicere q̄ existimat aliquando principiū esse quod ipsuz seipsuz mouet: posterius enim et simul cuz cello anima: vt ait. Lo.31.

¶ Secundo ibi. Ostendit quomodo huic rationi quidam physici consenserunt. Dicit ergo q̄ propter hāc rationem quidam pbi. posuerunt semper actum existentez scilicet Leucippus socius Democriti et Plato. Dixerunt enim motum semper fuisse etiam ante mundum. Secundum quidez Leucippum in athomis per se mobilibus ex quibus ponebat mundum constitui. Secundum Platonem vō in elementis que dicebat ante constitutionem mundi mota fuisse motibus inordinatis: sed postea a deo fuisse ea reducta ad ordinem. Sic igitur quantum ad hoc videtur bene dixisse q̄ posuerunt semper fuisse motuz. Sed in hoc defecerunt quia non dixerūt quis motus semper fuerit nec causam motus assignauerunt nec simpliciter narrando nec sue positionis causam assignādo: cum tamen nihil moueatur vt contingit idest sine aliqua causa certa. Sed semper oportet aliquid existere quod ē causa motus. Sicut nunc videmus q̄ quedam monent hoc modo a natura aut a violentia: aut ab intellectu: aut aliqua alia causa. Deide debuerūt etiam assignare qualis sit prima causa motus vtrum natura sine violentia sine intellectus. Multum enim differt quodcunq̄ horum ponatur causa motus. Sz nec Plato potest excusari propter hoc quod posuit principium motus esse aliquid mouens seipsum qō dicebat esse animam. Sed anima secundum ipsum non fuit ante constitutionem mundi. Sed fuit post illam inordinationem motus. fuit enim facta simul cū celo quod ponebat animatum. Et sic anima non potuit esse principium illius motus inordinati.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Potentiaz quidez igitur existimare priorem actu: est quidez vt bene: est autez vt non bene. Dictum est autez quomodo. Lo.32.

¶ Solvit propositam questionem. Et circa hoc duo facit. Primo remittit ad hoc quod determinatum ē in. ix. de ordine potētie ad actum: dicēs q̄ opinari potentiam esse priorem actu quodāmodo bene dicitur et quodāmodo non. Et quomodo hoc sit dictum est in. ix. Ibi enim dictum ē q̄ actus simpliciter ē prior potentia: sed in vno eodem quod mouetur de potentia in actum potentia precedit actum tēpore quāuis actus sit prior natura et perfectione. Lec.7. Lect.7.

¶ Quod autem actus prius testatur Anaxagoras. Intellectus enim actus: et Empedocles amicitiaz et litem: et semper dicentes motum esse: vt Plato et Leucippus.

¶ Secundo ibi. Confirmat solutionem per positiones quorūdam pbōr: dicens q̄ hoc q̄ actus sit simpliciter prior testatur Anaxa. quia posuit primum principium mouens esse intellectuz. Intellectus enī actꝰ quidam ē. et etiam Empedo. qui posuit causas mouentes litem et amicitiam et Leucippus et Plato qui posuit semper motum fuisse.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare nō fuit infinito tēpore chaos: aut nox: sed eadem semper aut periodo: aut aliter: si prior est actus potētia. Lo.33.

¶ Ex determinatione questionis premisse manifestat quod prius ostensum est. Et circa hoc tria facit. Primo cōcludit ex premissis perpetuitatem generationis. Secundo ex perpetuitate generationis cōcludit perpetuitatē motus celi ibi. (Sed itaq̄ quidē sēper). Tertio ex ꝓpetuitate motus celi concludit perpetuitatem primi mouentis immobilis ibi. (Est igitur aliquid et quod mouet). Dicit ergo primo q̄ si actꝰ simpliciter ē prior potētia: sequitur q̄ falsa sit opinio antiquorum naturalium qui existimātes potētiā simpliciter esse actu priorem: posuerunt omnia in infinito tēpore prius fuisse in potentia in quadam cōfusione quā appellabāt chaos. falsa etiā erit opinio poetarum theologoz qui propter eandē extimationē posuerunt infinito tēpore prius fuisse simplicē rez priuationem q̄s res actu eē inceperēt. Quā quidē rez priuationem noctē appellabāt: ꝓpterea forte q̄ inter qualitates et formas sensibiles. Lux cōioz et prior inuenit cuz ipsi nihil preter sensibilia esse arbitrētur. Priuatio autem lucis nox ē. Utraq̄ igitur opinio falsa ē si actus est prior potētia. Sed cū videamus ea que generātur de potētia ad actū pcedere necesse erit dicere eadez que actu fiunt prius potētiaz semper fuerūt aliquo modo vel secūdum circulare generationē pront ponūtur ea que generātur prius fuisse eadez nō secūdū vnūq̄q̄z sed secūduz speciē: quod quidez sit secūduz circularez generationē. Nā ex terra humectata resoluūtur vapores ex qbus generatur pluuia per quā ītex humectat terra. Similiter ab homine procedit sperma et generatur ītex hō. Et sic ea que fiūt reiterant eadē specie

UVA. BHSC. IyR_086_1

ꝓpter circularē generationē: aut ꝛ ea quē poſt potē tiam fiunt in actu eadē fuerūt ſemp aliter ſicut poſuit Anaxa. ꝙ ꝓexiſterēt actu in his ex ꝙbus generant.

¶ Deinde cum dicit.

Lo.34. ¶ Si itaq; idem ſemper periodo: oportet aliquid ſemper manere ſimiliter agēs. Si autem debeat fore generatio ꝛ corruptio aliud oportet agēs eſſe aliter ꝛ aliter. Neceſſe eſt igitur ſic quidem ſecundum ſe agere: ſic non ſecundum aliud: aut ergo ſecundum alterum aut ſecundum primum. Neceſſe ē igitur ſecundum hoc: cuꝫ enim illud ipſiq; cauſa ꝛ illi: dignius ergo primuꝫ. Etenim cauſa erat illud: ipſius ſemper ſimiliter ꝛ ipſius aliter alterum: eius autem quod eſt ſemper aliter. palam ꝙ ambo. Ergo ſi ſic ſe habet motus quid ergo alia oportet querere principia. Quoniam autem ita contingit: ꝛ ſi non ſit: ex nocte erunt ꝛ ſimul omnia ꝛ ex non ente: ſoluentur vtiq; hec: ꝛ eſt aliquid ſemper motū motu inceſſabili: hec autē que circulo: ꝛ hoc non ratione ſolum: ſed opere palam. Quare ſempiternum erit vtiq; primum celum.

